
34. 2. H. 11
227

OCTAVII LIVELLI

EPITOME:

IN QVATVOR LIBROS INSTITVTIO: NVM IVRIS CIVILIS.

Denuo et emendatius per Io: Ant: Iadran-
Bidellum Gener: Impreſſa-



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PATAVII MDC.III.

Apud Laurentum Paſſ Typographu Almae univerſi-
tatis Iuriſtarum. etc!

228

EPITOME

OCTAVII LIVELLI

In primum librum

Institutionum Iuris Civilis. In Proœmiu. Sup Rubrica.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quã singulis in rebus opera, studiumq adhiberi solet il-
lud omne in Legalem scientiam impendendum esse, non
obscure admodum significauit Papinianus Iurisconsultus, in
L. 2. ff. d. legibus cum authore Chrysippo. Rerum omni-
um Diuinarum ac humanarum reginam legem appellauit cui
virum in pudum assensus est Iustinianus imperator author
huiusce voluminis, in § 2. huius proœmij. dum legibus
quippe Romanis, cunctos regi et gubernari populos ani-
maduertit. Quarumq legum iura ac elementa, cum se
habit prebeant quatuor hi libri Institutionum, merito
ab his auspicandum esse existimauit Imperator, quod ubi te-
ram feliciori accideret auspitio, uoluerea hic, prout ca-
tera alia iuris Diuini nominis inuocatione, quasi alimi-
ne communiuit.

IN TEXTUM.

Tria uero precipua oratoris munera absoluit Imperator
in hoc proœm: dum auditorem ipsum, Attentum, Docilem, ac
Beneuolum reddit,

Attentum § cum summam rerum attingens in § 1. h eod:
Imperatoriæ maiestatis munus esse ostendit imperium armis
tueri, legibus moderari. Quod se utrumq præstitisse demonstrat,

in § 2

in 8 2 cũ 1ᵒ hs titb. bello decidit, commentarii [illegible] [illegible] di:
stinguere ausq. ē. Docilem vero hic [illegible] distinctionis rati:
onem reddit in [illegible] h. e. Cum 1ᵐ [illegible] Imperatorum Con[illegible]:
tutiones tribus Codicibus antea dispersas. Greg: [illegible] Herm: et Theod:
in unum Codicem compilari iussit X. viros quos ipse recensuit
in L. unica. C. de novo. C. fac: Deinde ad iura veniens. LL. o:
mnes Reipub. Rom.ᵉ ab urbe condita editas. que 2 ultra tribunal
et binis centena versuũ continebant, in Quinquaginta libros coacti
in tria volumina digessit. quibus Digesta seu Pand: [illegible] [illegible]
tribus continenda dedit [illegible]. [illegible] [illegible] V. I. II X: Quidem
animadvertens [illegible] in [illegible] hoc [illegible]: tria illa volumina
legũ adhuc esse adeo perplexa, ut [illegible] a adolescentiũ ingenia fa:
cile obruerent, iussit ex dictis X viris. Trib. Theoph. et Dorotheo
ut ex triginta voluminibus aliisq. antiquorũ institutionibus, tota
ferè substantiã decerpentes. In 4 hisce libris Institutionũ, ado:
lescentiũ commodo concluderent. Quo facto cũ in eo Codice
quem dixi antea ex tribus Codicibus confectum, plura ministerii ple:
raq. abundare viderentur, sub incude illo iterũ revocato atq. penitus
emendato, novũ iussit fieri Codicem quem hodie pro manibus habemus
quiq. constat ex XII lib: quorũ novem adiorem commoditatem in
uno volumine, alii tres in alio [illegible] angustiori implicant, Una cũ
quibusdam Constitutionibus Iust: Imp: novissimè editis. unde Novella
sive Authentica dictae sunt. Additis duobus libris de usibus feudorũ ac qui:
busdam constitutionibus Henrici [illegible] Extravagantes appellatis, cũq. libello
de pace Constantiae habita —

Benedictum.

Tenendo tandem reddit Auditorem, dū hic in forma eē docet
totius iuris Civilis volumina, quę ipsimet Iustinianus ope perito-
rū virorū compegit et compillavit quæ ut eleganti studiosis con-
tinuo versanda sunt, ut ipsi tandem Iustitiam scientia non vul-
gariter imbuti ad Reipublicę moderandā ut ipse admonet Impe-
rator: § fin: h. ei: feliciter educentur.

In Tit: De Iustitia et Iure.

Sup Rubrica. Legalem scientiā quā veram appellat philosophiam Ulpianus in L 1ª ff eod. explicaturus Imperator in hoc volumine merito exordit ab eius obiecto, quod ē ipsamet Iustitia, ad quam sicut ad proprium finem omnes tendunt Leges, et ex qua veluti a suo principio emanare docet ibidem Iurisconsultus: Ideo meritissime inscribitur hic Rubr: de Iustitia et Iure, cui concordat titulus ff eod. de Iustitia et Iure.

In Textu Circa vero materiam huius tituli, Quinque potissimum explicanda se offerunt: Quid nempe sit Iustitia. Quid Ius. Quid Iurisprudentia, Quot iuris præcepta, et Quot Iuris species. Primum definitur Iustitia hic in p. 1º ut sit constans et perpetua vo-
luntas [illegible]. Quā definit utcunque impugnent ac interpretentur DD. hic: absolutissime tamen traditam esse aliis probare disputando Iustinianum auctoritate Ulpiani in L Iustitia ff eod: qui hanc eandem Iustitię definitionem affert. Plato vero in primo de Republica: aiente Iustitiam esse debita cuique reddere. Aristoteles Quinto Moralium asserente Iustitiam esse habitum quo volumus iusta et agimus. Cicerone 1º de officiis dicente: Iustitia autem virtus quę
tribuit.

tribuit cuncti pro dignitate. Divi Thomae se-
cundae secundae q. 58. aliorumq. tuentium, definiri
hic iustitiam humanam prout exactior haberi potest
in homine; non autem divinam ut falso opinatur
Glos. hic eiusq. asseclae. quod ratione insuper confir-
matur. quia cum iustitia sit ex consensu omnium
philosophorum et praesertim Aristo. lo. cit. habitus vo-
luntatis in actione consistens; merito dicitur vo-
luntas constans, et perpetua ius suum unicuiq. tribu-
endi, quod est ipsius iustitiae actio; a qua licet homo
quandoq. deficiat, cum septies in diem cadat iustus
c. septies de poenit. dist. 3. non tamen definit et
cadit ut iustus, sed ut homo; quippe quod nullus ar-
tifex inquit Plato 1. de rep. errat ut artifex cum
in eo in quo errat careat arte, a qua artifex dicitur.
Iuris definitio absq. hic omissa, hic traditur a
JC. in l. 1. ff. eo. Ius est ars boni et aequi. Subtuendo
est. Ius quandoq. capi pro eo, quod bonum et aequum est
ut in definit. Iustitiae; quandoq. vero pro regula iu-
ste agendi, ut hic in qua sensu idem est cum lege quae
regula iustorum dicitur, et iniustorum l. 2. in fin. ff
de legibus.
Iurisprudentia definitur hic in § 1. ut sit divinarum
ac humanarum rerum notitia, iusti atq. iniusti scientia
cui definitioni desumptae ex l. iustitia §. 2. ff. eo. aper-
te favet authoritas Platonis in 5. de rep. dum ait
Iurisprudentiae partem esse divinam, ac humanam
philosophiam, apertius in Alcibiade 2°. cum ait
pru.

prudentes autem, et iusti sunt, qui sciunt quae erga
deos, ac homines agere, et dicere deceat. Sed aperte Ci.
p. de off. dicens: Illa autem sapientia, quam principem
dixi, rerum est divinarum, ac humanarum scientia.
Propterea quod Iurisprudentis, qui verae iustitiam
administraturus est, praecipuae partes sunt, aliqualem
rerum omnium notitiam praeseferre, qua iusti, et iniu-
sti discrimen, quod sub illis latet, facilius intelligat.
Iuris praecepta universalia, ex quibus tamquam fontibus
omnia iura, omnesque leges manant, tria esse docet
Imp. hic in § Iuris praecepta. s. honeste vivere: Alte-
rum non laedere, et ius suum cuique tribuere. quae
praecepta adversantur ut ait hic Budaeus tribus
praecipuis vitijs humani generis, libidini s. irae, et
avaritiae. p.mum autem praeceptum honeste vivere adeo
stricte accipiendum est, ut non videatur posse fieri
quod non potest fieri honeste. l. filius 15 ff. de condit.
institutionibus, et non solum id, quod licet, sed quod ho-
nestum est servari debeat. l. semper 158 ff. de reg. Iur.
Honeste vero dicitur vivere, qui pro more patrio vi-
vit secundum Bald. hic qui etiam distinguunt inter
honeste, et caste vivere, quod facit ad questio. An mu-
lier transiens ad secunda vota, potiatur legato sibi
relicto, si caste, vel honeste vixerit, de qua consule
Budeum hic. Secundum praeceptum est alterum non
laedere, quia cum natura cognationem quandam inter
nos constituerit, hominem homini insidiari nefas
esse. l. ut vim 3. ff. eo. Ideo nemo debet id alteri

facere, quod sibi fieri nollet. c. i. dist. i. quo deueniet si
non solum alterum non laedamus in uita, sed nec in ho-
nore et bonis, quae uitae acquisiuntur, l. iusta g. ff
de manum. uind. [illegible] Aduocati 14. C. de Aduoc.
diuers. iudic. Immo debet quilibet ab alterius lae-
sione abstinere, ut nec possit etiam se ipsum laedere,
et interficere citra capitis, et infamiae poenam l. omne
delictum 6. § qui se uulnerauerit ff de re milit. l. i. C. de
bon. eor. qui ant. sent. mort. sibi consciu. ea ratione
quia nemo fit dominus membrorum suorum l. liberh.
13. ff ad l. Aquil. Tertium tandem praeceptum est
ius suum cuique tribuere, non enim sufficit abstinere a
malo, nisi fiat quod bonum est c. non satis 86. dist.
Immo dicitur ius suum, quia non licet uni auferre
ut alteri tribuatur, sicut nec furari pro eleemosina
facienda l. si pignore 86. ff de furt. c. si non sunt 32.
q. 4. Tribuitur autem ius suum cuique duplici ratione
et mensura ut post Arist. 5. moral. tradunt DD. hic
seu per ratione distributiua, quae uersatur in dis-
tribuendis honoribus, et praemiis secundum merita
et dignitatem personarum, adeo ut plus merenti
plus quoque tribuatur l. ut gradatim §. ff de mun. et
hono. et ratione commutatiua, quae uersatur in
contractibus et commerciis omnibus hominum, et quae
nullam seruat acceptionem personarum, sed aequa-
liter ius suum cuique impertitur, adeo ut princeps
quoque uiuatorum iure utatur l. 4. C. de legib. et
l. ex imperfecto C. de testam. Huius tandem studii

hoc est Juris: cui Studemus duas Imp. docet in §. pa. eius species publicum. s. quod ad Statum Reip. spectat, quodq. presertim versatur in sacris, sacerdotibus et Magistratibus. l. i. §. huius Studij ff. eo. et de quo tractabit Imp. inf. in tt.° de rer. diuis. et priuatum quod ad singulorum utilitatem principaliter quidem pertinet; in consequentiam vero ad com̃odum quoq. Reip.; cuius interest, ne priuati re sua male utantur §. pa. inst. de his qui sunt sui vel alien. iur.

Subdistinguitur autem ius priuatum in tres itidem species; Aliud n. naturale; aliud Gentium, et aliud ciuile dicitur; prout manat ex preceptis naturae, Gentium et Ciuitatum; ut exemplificat Glos. hic, et apparebit in sequenti tt.°

In Titulum de Iure Nat. Gent. et Ciui. Super Rubricam.

Prosequens Imp. superallatam diuisionem Juris priuati, docet in hoc tt.° quid sit unumquodque eorum Iurium, de qua materia agitur etiam in tit. ff. de Iust. et Iur. et ff. de legibus, et est hic tt.s valde scitu dignus, uniuersalia Jurisprudentia fundam.ta continens.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO E.

In Textum.

Porrò autem in ipſius Interpretatione quinq; ſe offerunt animaduertenda. Quid ſit ius naturale, & qui eius effectus; Quid ius gentium, & qui effectus, Quid ius Ciuile, Quæ ipſius ſpecies. Quæ ſubiecta.

PRIMVM vero deffinitur ab imp. in § i. ius naturale eſſe illud, quod natura omnia animalia docuit, propterea quod nullum ſit in Mundo animal, in quo aliqua naturalis iuris ratio & inſtinctus non vigeat, quodue iſtius iuris non experiatur effectus. Qui tres maximè ſunt; coniunctio .ſ. maris & fœmine, Filiorum procreatio, & Educatio, quod etiam affirmauit Cicero primo de officiis inquiens, Communis eſt omnium animantium coniunctionis appetitus procreandi gratia, & cura quædam eorum, quæ procreata ſunt, cum enim illud maxime natura intēdat, ut dum indiuidua moriuntur per procreationem ſaltem ſpecies immortales fierent; vehemens coeundi, & procreandi deſiderium omnibus animantibus infixit, brutis quidem indiſtinctè, hominibus vero, vt par eſt eorum naturæ cum moderamine matrimonij, cuius tantus fuit fauor apud antiquos vt lege virginitatem prohiberent, verba enim ſunt legis duodecim tabularum, Cælibes eſſe prohibento, Immò quam plures immunitates hominibus a lege conceſſe ſunt propter numerum filiorum § i. infr. de excus. tot tit. C. de his qui num. liberorum ſe excuſant, ad quos etiam alendos parentes ipſos compellunt l. ſi quis a liberis ſ ff. de liber. agnoſc.

SECVNDO deffinitur ab Imp. in §. 2. huius tit. Ius gentium, vt ſit illud, quod naturalis ratio inter omnes gentes conſtituit, quodue apud omnes populos pereq; cuſtoditur veluti erga Deos, religio erga parentes & patriam reuerentia l. veluti 2. ff. de Iuſt. & iur. item propulſatio iniuriarum, cum moderamine inculpatæ tutellæ. l. vt uim 3., & ibi ſcribentes eod. tit. Plures itidem ex hoc ipſo iure manarunt effectus quos recenſet Imperator in §. ius autem gentium, nempe bella captiuitates, & ſeruitutes, quas boni erga malos e-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

xercere coacti ſunt, item omnes ferè contractus, exceptis qui busdam, a Iure Ciuili póſtea introductis; quos recenſet Gloſſ. ibid m in verbo penè.

TERTIO ius Ciuile eſt illud quod vnusquiſq; populus, & unaquęq; ciuitas ſibi ipſi conſtituit, unde ciuilis nomen adeptum eſt; cum etiam ex ea ciuitate, in qua conditum eſt nomenclaturam accipiat, vt ius Ciuile athenienſium; Romanorum, quiritumue; licet vbi ciuitatis nomem ommiſſum fuerit per excellentiam Ius Ciuile Romanorum intelligatur.

Huius autē iuris ciuilis duas eſſe ſpecies docet Imp. in § conſtat. aliud .ſ ſcriptum, & aliud non ſcriptum pro vt a duabus, Ciuitatibus emanauit athenarum .ſ. & ſpartę; ſcripti iuris iterum ſex ſunt ſpecies; Lex .ſ. Plebiſcitum, Senatusconſulta, Principum placita, Magiſtratuum edicta, & Reſponſa prudentum & primo lex dupliciter ſumitur uel generaliter, quo ſenſu ſignificat omne ius ſcriptum, comprehenditq; omnes alias quinq; ſpecies, quæ generaliter leges vocantur, & ſub nomine legis in iuris corpore redactæ ſunt, & ita ſumpta lex deffinitur a Iureconſulto in l. p ff. de legibus lex eſt commune præceptum, virorum prudentum conſultum, delictorum, quæ ſponte, vel ignorantia contrahuntur coercitio, communis reipublicę ſponſio, uel ſpecialiter, & ſignificat eas tantum ſanctiones, quæ a populo, & magiſtratibus Romanis eo ipſo modo quem docet hic Imperator latæ ſunt, & ab eorum authoribus denominatæ, vt lex Iulia maieſtatis, lex Cornelia de falſis, lex pompeia de paricidis, lex aquilia, lex falcidia, & ſimiles. Plebiſcita vero ſunt leges a plebe conditæ per illud tempus quo ipſa a Senatu ſecedens proprios ſibi tribunos creauit, donec quintus Hortenſius reconciliata plebe Senatui, legem tulit, ut & ſenatus plebiſcitis, & plebs inuicem Senatusconſultis pareret l. 2 §. deinde cum eſſet, & §. eiſdem temporibus. ff de orig. Iur. Senatusconſulta ſunt leges conditæ a Senatu, cui poſt conciliatam plebem condendæ legis authoritas conceſſa eſt, cum iam populus in imenſum auctus non poſſet amplius in vnum locum condendarum legum cauſa conuenire vt hic in §. Senatusconſultum & d. l. 2. §. deinde quia. Principum placita

cita ſunt Conſtitutiones principum,& Imperatorum, in quos populus lege regia omnem condendarum legum poteſtatem tranſtulit, quæ ue ſunt aliæ perſonales in gratiam alicuius conceſſæ & ad exemplum non trahendæ, aliæ generales omnes & quoſcumq; ligantes, vt hic in § ſed & quod principi. & l.i.ff de conſtit.principum. Magiſtratuum edicta ſunt leges a magiſtratibus Romanis editæ earumq; plurimæ a Prætoribus, quæ ius prætorium ſiue honorarium dictæ ſunt, vt hic in §.prætorum & d.l.2.§.deinde cum placuiſſet.ff de orig.iur Reſponſa tandem prudentum ſunt ſententiæ & opiniones iuriſconſultorum, quibus iura publice interpretandi, & de iure reſpondendi facultas a Ceſare facta erat, quorum innumeræ extant leges in iuris corpore ubi eorum nomina paſſim leguntur inſcripta, Pauli, Vlpiani, Sceuolæ, & aliorum, a quorum ſententiis; tanquam ab imperialibus conſtitutionibus recedere non licet, ut hic in §. reſponſa, & d.l.2.§ Iuriſciuilis ff. de orig.iur. Non ſcriptum vero ius eſt illud, quod ex diuturnis moribus conſenſu vtentium approbatis prouenit, quodue nil aliud eſt; quam ipſa met conſuetudo, quæ dumodo rationabilis, diuturna, & popularis ſit, vim legis obtinet vbi nō adeſt lex, vbi vero adeſt eam interpretatur, & ſupplet, & cum non poſſit ipſam abrogare, ei ſaltem derogat in caſibus particularibus, vt late probatur tum hic in § ex non ſcripto, tum in l.de quibus 31. cum octo ſequent. ff.de legibus, & in l.2.C.quæ ſit long.conſuet.

QVINTO tandem loco poſt alatam differentiam inter Ius naturale ſiue gentium, & ius ciuile, quod illa imutabilia ſint, hoc vero ſæpe contraria lege vel conſuetudine mutetur docet Imp.in §. fin triplex eſſe ſubiectum Iuris, circa quod omne ius verſatur; perſonas ſ res, & actiones, ſiue negotia, de quibus paſſim agit in hoc volumine, de perſonis videlicet in hoc primo libro, de rebus, in principio ſecundi libri & exin de actionibus, & iuribus perſonarum.

IN TITVLVM DE IVRE PERSONARVM.

Super Rubrica.

DE perſonis, quarum gratia, & res creatæ, & iura condita ſunt tractaturus primum Imp. earum ſtatus & conditiones inquirit, ſic enim inſcribitur titulus in digeſtis de ſtatu hominum vbi de hac materia diffuſe agitur.

In Textum.

TRia ſunt in hoc breui tit perpendenda, Quot ſint genera perſonarum; Quid ſit libertas, & qui liberi, Quid ſeruitus & qui ſerui vndeue dicti; & vnde orti.

PRIMA vero, & generalior diuiſio perſonarum quatenus ſubiectum iuris dicuntur, eſt, quod omnes homines cuiuſcunq; generis ſint, aut liberi ſunt, aut ſerui, & quia liberi a libertate ſerui a ſeruitute dicuntur ideo.

SECVNDO loco deffinitur libertas vt ſit naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet, niſi quod ui, h e. naturali ratione, & iure h.e. Ciuili prohibetur. Sic enim arbitror exponendam eſſe deffinitionem hanc reiectis Gloſsæ & aliorum expoſitionibus, qui libertatis autem dono quo non preciosior alter, l. libertas. 165. ff. de reg. iur. potiuntur liberi appellantur; ſicut qui ſeruitutis vinculo, quod morti æquiparatur l. ſeruitutem. 209. ff. eodem ſubiciuntur, ſerui nuncupantur.

Deffinitur tandem ſeruitus vt ſit conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur; Cum enim natura a principio ſeruos ignoraret; propterea quod iure naturali homines liberi naſcebantur §. ius autem gentium ſuper

tis.

tit. ſuperuenit poſtea ius gentium quod binos ſeruitutis modos adinuenit, per captiuitatem .ſ.& per natiuitatem, & ius ciuile, quod tertium modum per venditionem, ad precium participandum introduxit. licet per hoc nulla eſſentialis differentia Introducatur in ſeruis, quorum hodie vna eſt conditio, ſicut duplex eſt liberorum, quorum alii ſunt ingenui, & alii libertini, vt ſequentibus titulis declaratur.

INTITVLVM DE INGENVIS.

Super Rubrica.

C*VM inter liberos homines, de quibus incipit hic agere Imp. honeſtior, & dignior ſit conditio ingenuorum, vt nomen ipſum ſonat, ideo de his primum agit, de quibus etiam tractatur in l. & ſeruorum 5. §. fi. ff. de ſtatu hom.*

In Textum.

D*VO vero ex hoc tit. Colliguntur. Quis nam dicatur ingenuus, a natiuitate, Quis beneficio legis, vel principis.*

A natiuitate dicitur ille qui ſtatim ac natus eſt liber eſt, ſ. qui libertatem ſecum fert ex vtero matris, quam ſufficit liberam extitiſſe vno ex tribus temporibus, Conceptionis, natiuitatis, vel medio tempore; licet pater vel ſeruus, vel etiam incertus fuerit, cum in hoc matris conditio attendatur, cuius calamitas partui obeſſe non debet; quemadmodum nec Crimẽ paternum filiis maculam aliquam infligit. l. crimen 26. ff. de pœnis.

Legis vero beneficio euadit ingenuus, qui liber natus & in ſeruitutem

tutem redactus denuo manumittitur, vel qui a principe natalibus .h e. priſtinæ naturali libertali reſtituitur l. 2. ff. de natalibus reſtituendis.

IN TITVLVM DE LIBERTINIS.

Super Rubrica.

ALia ſpecies liberorum hominum ſunt libertini, ſiue liberti, ſic dicti a libertate acquiſita, de quibus agitur etiam in l. libertini. 6. ff. de ſtatu hominum.

In Textum.

TRia breuiter habes in hoc tit. Qui nam dicantur. libertini. Quid ſit manumiſſio, quomodoue, & ubi fiat. Et demum Quot olim, hodieue ſint libertinorum ſpecies.

Libertini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt ſiue, vel vt inquit iuriſconſultus in præd. l. libertini, qui ex iuſta cauſa ſeruitute manumiſſi ſunt, veluti ſunt illi qui cum nati ſint ſerui poſtea manumittuntur, ad differentiam eorum qui nati liberi & in ſeruitutem redacti manumittuntur efficiuntur enim ingenui, quia horum ſeruitus non fuit iuſta ſicut illorum.

Manumiſſio vero eſt libertatis datio, dicta quaſi extra manus dominorum miſſio, quæ manumiſſio originem duxit a Iuregentium, tanquam remedium ſeruitutis, vt hic & l. manumiſſiones 4. ff. de iuſt. & iure & fiebat in Eccleſiis, in balneo, in Theatro, vindicta, inter amicos, per epiſtolam, vel in vltima voluntate, vt iate declarat gloſſ hic in § multis.

Ac demum cum plures eſſent olim libertinorum ſpecies, hodie impe-

ratoris conſtitutione ad vnam tantum ſpeciem redactæ ſunt imo quod magis eſt eiuſdem Imperatoris liberalitate omnis libertinorum Conditio & imago ſublata eſt, ſancitumq; vt per manumisſionem quilibet efficiatur ingenuus, iuſq; aureorum anulorum, quo ſoli ingenui utuntur adipiſcatur, ſaluo tamen & illeſo iure patronatus.

IN TITVLVM QVIBVS EX CAVSIS MANVM. NON LICET.

Super Rubrica.

LIcet amplisſima manumitendi facultas dominis con ceßa ſit, plures tamen ſunt cauſæ, quib⁹ aliquando prohibetur quas recenſet Imp hic, & C. qui manumittere non poſsunt, et ff. qui, & a quibus manumisſi liberi non fiant.

In Textum.

ILlud verò vnum breuiter obſeruandum eſt in hoc tit. qui propter antiquatum vſum ſeruorum, & manumisſionis modicæ utilitatis eſt, nempe quæ cauſæ ſeruorum manumisſionem impediant, quæ plures ſunt.

Quarum prima relata hic in §. i. eſt, diſpoſitio legis Aeliæ ſentiæ, quæ prohibet dominos, quorum bona non ſufficiunt creditoribus, manuttere ſeruos, qui inter bona computabvntur animo defraudandi creditores, & ſi enim libertas fauorabilis ſit; non eſt cum aliena tamen iactura concedenda l. non debet. 76. ff. de reg. iur. Quod nihilominus fallit in vno caſu, cum dominus ſ. timens ne hæreditas ſua alieno ære grauatá, turpiter repudietur & ſubhaſtetur ſeruum vnum manumittit, eumq; hæredem neceſſarium inſtituit. l. i. & tot tit. C. de neceßarijs ſeruis

hære-

hæredibus inſtituendis: Alia cauſa eſt prohibitio eiuſdem legis Aeliæ ſentiæ propter ætatem, manumittentis, quæ cum ex diſpoſitione illius legis requireretur viginti annorum, fuit poſtea ab Imp. Iuſtiniano primum ad decem octo, dein ad decem quatuor annos reducta, vt hic in §. finali & in auth. vt ſponſalitia largitas. §. 2 dummodo id fiat vindicta, apud Conſiliū, & ex iuſtis cauſis, enumeratis hic in §. eadem; aliæ prohibitæ manumiſſionis cauſæ latæ habentur in tit. ff. quibus ex cauſis. & C. qui manum. non poſſint.

IN TITVLVM D. LEGE FVSIA CANINIA TOLLENDA.

Super Rubrica.

CVM ampliandæ libertatis cauſa ſuperiori tit. correcta fuerit lex Aelia ſentia circa ætatem manumittentis, nunc vero deletur penitus, & explantatur lex Fuſia, Caninia, quæ facultatem libertatis dandæ ſatis inuidè coarctabat, vnde meritò ſecundum Gloſſ. dicta eſt Caninia, quaſi Canina, vel vt malunt interpretes a Furio Caninio tribuno plebis. eius auth., & habet hic titulus concordantem tit. C. de lege Fuſia Canin. toll.

In Textum.

CVM animaduerteret Furius Caninius, Ciues Romanos, qui magnam ſeruorum copiam habebant, in vltimum vitæ ſpiritum conſtitutos, quaſi omnia paruifacerent, omnes ſæpe, aut maiorem ſeruorum partem manumittere, cum maximo Ciuitatis incommodo, cuius prædia, quę per ſeruos colebantur deſtituta cultoribus remanebant: certū ſtatuit in morte manumittendi modum, quem refert gloſſ. hic

in principio, & quem poſtea, tanquam nimis inhumanum, vt pote qui libertati viam obſtrueret ſuſtulit Imp hic, & in l. vnica C. eod.

IN TITVLVM

DE IIS, QVI SVNT SVI, VEL ALIENI IVRIS.

Super Rubrica.

Q Voniam præter liberos, & ſeruos, de quibus ſu perioribus titulis actum eſt; quædam ſunt perſonæ, quæ nec omnino liberæ, nec penitus ſeruæ eſſe videntur, vt filij familias, qui & ſi liberi ſint; non tamen ſui iuris, ſed in poteſta te parentum ſunt; Ideo vt hoc tertium perſonarum genus amplecteretur Imp. hic nouam affert diuiſionem perſona rum, docens omnes homines aut ſui, aut alieni iuris, & po teſtatis eſſe, de quibus agitur etiam in l i. & tot. tit. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien iuris

In Textum.

C Irca huius textus interpretationem duo breuiter obſeruanda ſunt, Qui ſ. ſui iuris, quiq; alieni eſ ſe dicantur. Et quæ nam fuerit olim, quæue hodie ſit poteſtas dominorum in ſeruos.

Suis iuris eſſe dicuntur ij qui nec patriæ, nec dominicę pote ſtati ſubiecti ſunt, quiq; patres familias appellantur, e tiam ſi non habeant filios: Alieni vero iuris dicuntur

ſerui, & filij familias; illi quoniam dominorum, hi autem parentum poteſtati ſubiecti ſunt, vt hic in princ. Poteſtas vero dominorum in ſeruos, de qua agitur hic in 2. & 3. §. cum de Iure gentium libera, & abſoluta eſſet; quippe quod ius vitæ, & necis liberum in eos haberent; ſuit poſtea conſtitutione Antonini Pij Imperatoris vſque adeo limitata, vt qui ſeruum ſine iuſta cauſa vel obtruncaſſet, vel nimis acriter tractaſſet, non ſecus ac ſi in liberum id egiſſet puniretur; vt hic & l. i. ff eod. & ſi ſeruus egre ferens nimiam dominorum ſæuitiam & impudentiam ad ſacras ædes, vel ad principum ſtatuas confugiſſet, non poſſet inde auelli, ſed cogerentur domini eum alteri vendere, vt hic in §. fin & l. 2 ff. eod., ſaluis tamen ceteris dominicæ poteſtatis effectibus; vt quicquid acquirit ſeruus acquirat domino, vt ve in domini ipſius caput non torqueatur vt hic in §. 2 & l. i C de quæſtionibus.

I N T I T V L V M

DE PATRIA POTESTATE.

Super Rubrica.

SImilis dominicę poteſtati, de qua mox egimus eſt poteſtas patria, de qua agitur hic & C. de patria poteſtate iuncta l. 3 4 5 ff de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris.

In Textum.

AD tria tacita redigitur huius tit interpretatio Qui nam dicantur in poteſtate parentum eſſe, Quæ ſint iuſtæ nuptię, & quæ ſit poteſtas,

Parentum.

parentum in filios ex iuſtis nuptiis procreatos.

IN *poteſtate patrum, vel auorum paternorum, non autē matrum, nec auorum maternorum ſunt filij, vel nepotes illi, qui ex iuſtis tantum nuptiis procreati ſunt, quiq; filij fămilias appellantur vt hic in §. primo.*

IVſtæ *vero nuptiæ, ſiue matrimonium obiter deffinitur ab Imp. hic in eodem §. i vt ſit viri, & mulieris coniunctio, indiuiduam vitę conſuetudinēm continens, & a Iureconſulto in l. i ff de ritu nuptiarum, vt ſit coniunctio maris, & fœminæ, conſortium omnis vitæ, diuini, ac humani iuris Communicatio; in quibus diffinitionibus, quæ in idem incidunt, illud preſertim obſeruandum eſt; coniunctionis verbo non ſolum animorum, ſed & corporum coniunctionem comprehendi, & ſi enim ad efficiendum matrimonium ſolum conſenſum ſufficere concedamus, per l. nuptias 31. ff. de reg. iuris; ad illud tamen perficiendum deſiderari quoq; concubitum publicè aliquando diſputando ſuſtinuimus moti inter alia authoritate, D. Ambroſii in c in omni 27 q. 2 in omni matrimō, inquit coniunctio intelligitur ſpiritualis, quam confirmat, & perficit coniunctorum commixtio corporalis.*

Demum cum patria poteſtas ſit communis omnibus gentibus; omnes enim gentes habent in filios quandam præminentiam, & authoritatem, propria tamen eſt ciuium Romanorum, qui cum in filios ius vitæ, & necis liberum obtinerent, fuit poſtea hoc adeo correctum, vt grauiſſimè puniantur parentes, qui filios necauerint vt hic in §. fin. & l. vnic. C de his, qui porent vel liber occidi, cum eos moderatè tantum corrigere valeant l. vnica. C. de emend. propinquorum; patria enim poteſtas in pietate, non in attrocitate conſiſtit l. diuus 5 ff ad l. Pomp de parricid, & quod magis eſt propter vrgentem neceſſitatem famis eos quoq; vendere, vel pignari dare l 2. C. de patribus, qui filios diſtrax, quod tamen hodie minime procederet. Ceteros patriæ poteſtatis effectus recenſet Gloſſ. hic in uerbo ius autem.

IN TITVLVM DE NVPTIIS.

Super Rubrica.

Titulus hic de nuptijs inter alios huius libri vtiliorem proculdubio, ac frequentiorem materiam continet, quia licet hodie matrimonia vt plurimum regulentur ſecundum diſpoſitionem iuris canonici c.ad ſedem,& ibi dd.35.q.5.; non parum tamen confert ad intelligentiam iuris canonici cognitio iuris ciuilis; eo maxime quod occaſione interpretandi in hac parte ius ciuile,diſpoſitionem quoq; iuris canonici diligenter obſeruabimus;Interim ſuper hac rubrica tria breuiter edocenda ſunt Connexio ſ.tituli,ſenſus verborum ipſius rubricæ,& origo,vſusq; varius nuptiarum.

Quo ad primum cum ſuperiori tit.dictum ſit, quæ ſint iuſtæ nuptiæ,ex quibus procedit patria poteſtas; ſequitur nũc dicendum inter quas perſonas iuſtę nuptiæ contrahi queant,inter quasue prohibentur, de quo tractatur etiam in tit ff de ritu nupt.C de nuptijs,& de iure canonico in tit. de ſponſalibus,iuncto Cõcilio Trident.ſeſſ.24. per totam.

Secundo rubricatur hic titulus de nuptijs,ad quorum verborum clariorem intellectum præſciendum eſt; plura eſſe in iure vocabula maritalem hanc coniunctionem variè ſignificantia,veluti Matrimonium, Coniugium, Connubium, Contubernium, Sponſalia,& Nuptiæ.Matrimonium proprie ſignificat Coniunctionem illam conſenſu initam, & concubitu firmatam,vt ſupra docuimus in ipſius diffinitione.Coniugium, & ipſum ſignificat matrimonium tot. tit. de Coniugio ſeruorum, & de coniugio leproſorum; licet magis proprie ſignificet maritalem fidem,& concordiam,

dictum

dictum quaſi a communi iugo, methaphora ducta a bobus c. coniuges 27. q. 2. Connubium pariter pro matrimonio perfecto, & conſumato vſurpatur l. 3. ff. de inceſtis nuptiis, Conturbenium uero ſignificat coniunctionem ſeruorũ; cum de iure ciuili matrimonium non contrahant prædicta l. 3. in princ licet ſecus ſit de iure Canonico. tot tit. de coniug. ſeru., ſponſalia & ipſa licet pro matrimonio quandoq; accipiantur c. i. de ſponſal. uerè tamen ſignificant promiſſiones de matrimonio contrahendo l. i. ff de ſponſal., dicta a ſpondendo l. 2. ff. eod. tit. & ſunt ſponſalia de iure Canonico in duplici differentia, alia de futuro, vt quia contrahantur per verba de futuro, cum etiam in ætate ſeptem annorum contrahi queant c. 2 de ſponſ. & alia de preſenti per verba de preſenti inita quæ proprie matrimonium nondum conſumatum ſignificant, vt manifeſte docet communis loquendi vſus, ſponſos enim vocamus coniuges vſque quo condormierint, exinde vero maritum, & vxorem l. 3 ff de ſponſalibus, & huiusmodi ſponſalia non contrahuntur, niſi in decimo quarto anno quo ad maſculos, & duodecimo quo ad fæminas, vt infra videbimus. Nuptiæ tandem ex ſententia Abbatis in cap. tertio loco de præſumpt. triipliciter capiuntur, vel pro ſponſalibus de preſenti unde vulgo nubentes dicuntur qui adhuc non concubuere, uel pro matrimonio conſumato, & perfecto, vt in hoc noſtro tit., & ff. & C. eod., vel demum pro feſtiuitate, & ſolennitate nuptiali c. noſtrates, & c fæminæ 30. q. 5. dictę nuptię ab obnubendo, ſiue velando, quia antiquitus conſueuerant nouæ nuptæ velari d. c. fæminæ, quod feciſſe Rebecham Iſaac deſponſatam legitur in Geneſi c. 24., cuius contrarium hodie in multis Italiæ ciuitatibus obſeruatur ue ſ. velatæ puellæ incedant donec fuerint deſponſatæ & exinde propalentur, Nec prætermitto quod ait diuus Iſidorus in d. c. fæminæ ãnulum, quem ſponſus ſponſæ tradit ſignum eſſe mutuæ dilectionis, pignusq; concordiæ, quiue ideo inſeritur in quarto digito, quoniam ex eo vena quædam ſanguinis ad cor vſq; protendatur.

Tandem

Tandem Matrimonium a quadruplici iure originem traxit, quo enim ad inſtitutionem eſt de iure diuino quia Deus ipſũ ĩſtituit, ĩ Paradiſo terreſtri c nemo 32.q.4. Chriſtus vero ipſum inter ſeptem ſacramenta recenſuit Concilio trident. ſeſſione 24. in princ. quo ad coniunctionem corporum eſt de iure naturali §. p ſupr. de iure nat g. & c. quo ad conſenſum, qui in matrim. requiritur de iure gentium l. nuptias 31. ff. de reg. iur. & demum quo ad certam formam, & ſolennitates de iure ciuili; licet poſtmodum in hoc ius ciuile a iure Canonico in plurimis immutatum ſit, & ad perfectiorem formam, chriſtianeq; religioni conſentaneam accõmodatum, adeo vt omnis cauſa matrimonialis, ad eccleſiaſticum iudicem hodie pertineat Conc. trid præd. ſeſſ 24. can fin.

In Textum.

TRia vero ex latiſſima huius tit. materia breuiter obſeruanda ſunt, primum Quæ perſonæ contrahere poſſint matrimonium, Quæue prohibeantur, ex quibus cauſis, & ſub quibus pœnis, & Quomodo filii extrà matrimonium nati legitimentur.

Quo ad primum nuptias contrahere poſſunt de iure Ciuili ciues tantum Romani h ſ liberi homines § i hoc cod de iure vero canonico etiam ſerui tot. tit de coniug. ſeruorum. Inſuper cum matrim. prolis ſuſcipiendæ gratia contrahatur vt poſt Platonem 6. de legibus; & Ariſt p nichom. docet Imp. in Auth. de nup & Auguſtinus in c. omne 27 q. 2. vbi triplex ait eſſe bonum matrim. fides, proles, & Sacramentum, meritò non videtur poſſe contrahi, niſi in ætate nubili, & ad prolificandum idonea. quæ eſt de iure ciuili pubertas nempe decimus quartus annus completus in maſculis, duodecimus in fœminis, vt hic in verſ. maſculi, de iure vero canonico etiam impubertas in qua

malitia

malitia ſuppleat ætatem e puberes de deſponſat impuberum, immo cum de iure ciuili non poſſint filijfamilias nubere ſine conſenſu parentum pręd. uerſ. maſculi hoc eod. pcſſunt attamen de Iure Pontificio c. ſufficiat 27. q. 2. & Conc. trid ſeſſ. 24. de reform. matrim c i.

Circa ſecundum plures ſunt perſonæ, quæ matrimonium contrahere prohibentur ob plures cauſas relatas a Gloſſ. & dd in § ſunt & aliæ hoc eod. a Canoniſtis in c. i. de conſang & affinit, a Theologis in 4. ſentent. & ſummiſtis, præſertimq; a Nauaro in ſuo enchiridio c 22. quarum decem & quatuor ſunt, quæ non ſolum impediunt matrimonium contrahendum, ſed iam contractum dirimunt, & diſſoluunt aliæ vero ſeptem ſunt quę contrahendum ſolum impediunt ſed non dirimunt iam contractum.

Prima vero in ordine tex. eſt cognatio ſiue parentela in gradu prohibito; cognationis autem quatuor ſunt ſpecies; naturalis, quæ inter natos ex ſimplici fornicatione conſiſtit. naturalis, & legitima, quę inter natos ex matrimonio; legitima, quæ inter adoptatos; & ſpiritualis quæ inter ſuſceptos ex ſacro fonte baptiſmi, uel chriſmatis. Iterum cognati ſiue conſanguinei naturales, & naturales, & legitimi, quorum eadem eſt prohibitio dicuntur illi, qui unius ſanguinis ſunt, & ab uno primo deſcendunt, quiue ſunt in duplici differentia alii enim ſunt agnati, qui per lineam maſculorum coniuncti ſunt, quiue nomem, & inſignia eiuſdem familiæ ſeruant, vt filii duorum fratrum, Alii cognati, qui per lineam femininam coniunguntur, quiue non ſortiuntur idem nomen, & inſignia, vt filii duarum ſororum, vel ſororis, & fratris. §. ſunt autem inſr de legitima agnatorum ſucceſſione, l. iuriſconſultus 10 ff. de gradibus affinitatis; Ad cognoſcendam autem diſtantiam graduum iuter cognatos tam naturales, quam naturales, & legitimos, vt exinde intelligatur intra quos cognationis gradus prohibeatur matrimonium talis præmittenda eſt arbor conſanguinitatis.

Arbor.

ARBOR COGNATIONIS SIVE *Conſanguinitatis.*

a. Pater Cæſaris ſtipes.

b. Frater Cæſaris		*g. Cæſar.*		*n. Soror Cæſaris*
c. Filius	*Hi ſunt inter ſe agnati.*	*h. Filius*	*Hi ſunt inter ſe cognati.*	*o. Filius*
d. Nepos		*i. Nepos*		*p. Nepos.*
e. Pronepos		*l. Pronepos*		*q. Pronepos*
f. Abnepos		*m. Abnepos.*		*r. Abnepos.*

Hac ſic plantata conſanguinitatis harbore, ad cognoſcendum diſtantiam graduum, inter vnum conſanguineum, & aliũ, tam de iure ciuili, quam pontificio binę ſunt obſeruandæ regulę, quarum prima inſeruit ad cognoſcendam diſtantiam graduum inter aſcendentes, & deſcendentes in linea recta; eſt autem linea recta ſeries illa patris, filij, nepotis, & ſic deinceps; Regula uero talis eſt. Quot ſunt perſonæ, de quibus quæritur enumeratis intermedijs, & vna dempta, tot ſunt gradus, quibus diſtant, & hoc verum eſt tã de iure ciuili, quam pontificio; exempli gratia ſi quæramus quot gradibus diſtet Cęſar ſignatus. g. a pronepote l. enumeràtis perſonis de quibus quæritur; cum intermedijs, vnaq; dempta tres erunt gradus. Alia regula eſt pro cognoſcenda diſtantia graduum in linea collaterali ſiue equali; ſiue inequali, vocantur aũ: lineæ collaterales, ſiue tranſuerſales deſcendentiæ duorum fratrum, vel ſororum, ęqualiter vel inequaliter diſtantes a ſtipite; & talis eſt quot ſunt perſonæ quibus vnus collateralis diſtat ab alio computatis medijs aſcendendo ad ſtipitem, & deſcendendo, vnaq; dempta tot ſunt gradus, vt ſi quæris quot gradibus diſtet nepos. d. a pronepote. l. enumera eas omnes perſonas aſcendendo ad ſtipitem, & deſcendendo, quas octo inuenies, adeo vt vna dempta ſeptem ſint gradus quibus ipſi inter ſe diſtant, quæ tamen regula procedit de iure tantum ciuili, de iure. n. canonico, Quot ſunt perſonę

quibus

quibus remotior collateralis diſtat a communi ſtipite vna dempta, tot ſunt gradus, quibus diſtat ab alio collaterali, vt in exemplo mox. alato, cum remotior horum collateralium nempe pronepos l. diſtet a ſtipite per quinque perſonas vna dempta diſtabit ab alio nepote per quatuor gradus, quę omnia late traduntur ſed admodum perplexe in titulo infra de gradibus cognationum & in prædicta l. iuriſconſultus. 10 ff. de gradibus affinit.

Prohibetur itaq; matrimonium inter cognatos, ſiue naturales, ſiue naturales, & legitimos, in linea quidem recta vſque in infinitum, ſecundum ius tam ciuile, quam pontificium; in linea vero collaterali vſq; ad tertium gradum de iure ciuili vſque vero ad quartum incluſiue de iure canonico, vt late docet & exemplificat Imper. in §. ergo non omnes, cum tribus ſeq; hoc eod. & Sum. Pontifex in c. non debet de conſang. & affin. Inter cognatos, vero legales h. e adoptiuos prohibetur quidem matrimonium in primo tantum gradu, tam lineæ rectæ quam tranſuerſalis, adeo vt pater non poſſit ducere filiam adoptiuam nec etiam poſt emancipationem, frater vero non poſſit ducere ſororem adoptiuam niſi poſt emancipationem, pred. §. ergo non omnes, & §. inter eas in fin. hoc eod. c. vnico de cognat. legali, Ac demum cum inter cognatos ſpirituales occaſione baptiſmi, vel chriſmatis, matrimonium olim prohiberetur vſq; ad plures gradus vt patet tot. tit. de cognatione ſpirituali in 5 & 6.; hodie ex Conc. Tridentino reſtricta eſt prohibitio ad quinque tantum perſonas nempe ad baptiſatum eiusq; patrem, & matrem, & ad baptiſantem, & ſuſcipientem prædicta ſeſſ. 24. de refor. matr. c. 2.

Secunda cauſa impediens, ac dirimens matrimonium eſt affinitas h. s. attinentia ſiue proximitas illa, quæ ex matrimonio de iure ciuili, de iure vero canonico ex quocumq; concubitu prouenit, ſtatim enim ac quis ducit in

matrimonium, uel etiam ſimpliciter cognoſcit aliquam mulierem omnes conſanguinei ipſius efficiuntur affines mulieris, & omnes conſanguinei mulieris affines ipſiusmet viri, licet conſanguinei hinc inde nullo inter ſe uinculo affinitatis iungantur §. affinitatis, §. mariti hoc eod. c. quod ſuper his de conſanguinit & affinit. Et ad cognoſcendam diſtantiam graduum inter affines vnica obſeruanda eſt regula, tam de iure Ciuili; quam Pontificio; ut s. quoto gradu conſanguinitatis diſtat conſanguineus viri ab ipſo uiro, toto gradu affinitatis diſtat ab ipſa muliere, & e contra quoto conſanguinitatis diſtat conſanguineus mulieris ab ipſa muliere toto affinitatis diſtet ab ipſo viro; ideo merito, inquit Iuriſconſultus in l. non facile § affines ff de gradibus affinit. nullos eſſe gradus affinitatis, propterea quod affinitas non computetur propriis gradibus; ſed gradibus conſanguine; Et ideo etiam intra eoſdem gradus prohibetur matrimonium inter affines; ac inter conſanguineos, in tertio ſ. de iure Ciuili, & in quarto de iure canonico, vt exemplificat Imp. in d. § affinitatis cum ſeq. hoc eod & c i. c. non debet de conſang. & affinit. licet hodie impedimentum affinitatis per ſimplicem fornicationem contractæ reſtrictum ſit per Conc. trid. ad ſecundum tantum gradum præd ſeſſ. 24. de reform. matrim. c 4 hinc demum eſt, quod cum conſanguinei ex vtraq; parte nullo ut diximus interſe uinculo affinitatis iungantur matrim quoq; contrahere non prohibentur §. mariti hoc eod.

Tertia cauſa eſt, ligamen, ſiue impedimentum alterius matrimonii antea contracti, licet nondum conſumati; quo durante, & ſic uiuente prima coniuge non poteſt quis aliam ducere § affinitatis in fin hoc eod. l. 2. C. de inceſt. nupt. c. 2. ; & vlt. de ſponſ duorum conc. trid. præd. ſeſſ. 24. can. 2. niſi matrimonium per Pontificem ex iuſta cauſa vt puta ob coeundi impotentiam diſſolutum fuerit c. i. & 2. de frig., & malef cum aliàs ſimplex diuortium de iu

re

te canonico ſeparet quidem coniuges, ſed non diſſoluat matrimnnium, c. 2. c. guandemus de diuortiis, & Conc. Trid prædicti ſeſſ. 24. can. 7 & 8.

Quarta cauſa deſſumpta ex § illud certum hoc eod. eſt diſparitas conditionis, & ſtatus, adeo vt nec ſeruus libero nec ſenator libertino nubere poſſit § i. hoc eod. l. lege Iulianus 44 ff. de ritu nupt. l. 3. C. de nupt. quod tamen imperiali conſtitutione moderatum, pontificia vero ſanctione pœnitus ſublatum eſt. l Imperialis. 23. C. eod t. i., & tot. tit. de coniug. c. lericorum; remanenet tantum diſparitate cultus, & fidei, quæ matrimonium fidelis cum infideli dirimit, non ſic cum hæretico c. caue 28. q i. c. quanto de diuort. & Conc. Trid prædicta ſeſſ. can. 5.

Aliæ vero cauſæ impediantes, & dirimentes matrimonium hic ab Imp. breuitatis cauſa ommiſſæ latius recenſentur tum a gloſſ hic in §. ſunt & aliæ tum a Canoniſtis, & ſummiſtis locis præcitatis veluti eſt Error perſonæ, & conditionis, dum quis Liam pro Rachel, uel ſeruam pro libera ducit, quo caſu matrim. non tenet. ſecus in errore qualitatis dum pauperem, deformen, & corruptam pro diuite, pulchra, & virgine ducit c i. 29. q. i. Item conditio appoſita contra ſubſtantiam, & bona matrim. veluti euitandæ conceptionis, adulterandi & conſimiles. ſecus in conditione turpi uel impoſſibili, quæ pro non adiecta habetur c fin. de condi. ionibus appoſitis. Item votum ſolenne caſtitatis, quod fit in profeſſione expreſſa, vel tacita alicuius religionis approbatæ, vel in ſuſceptione ſacrorũ ordinum, c. i. de voto in 6. ſecus in voto ſimplici, quod tantum impedit ſed non dirimit ut mox. videbimus. Item Crimen, quod duplex eſt, occiſio. ſ. alterius coniugis, animo contrahendi cum coniuge ſuperſtite, vel adulterium cum promiſſione contrahendi inter adulteros. c. i de conuerſ. coniug. c. ſuper & tot tit. de eo, qui duxit in matrim. quam polluit per adult. Item vis vel abſoluta, quæ euitari nequit, vel etiam reſpectiua quæ metus maioris ma

li dicitur, dummodo ſit metus cadens in virum conſtantem c. cum locum, c. conſultationi. de ſponſ. c. fin. de his quæ vi, metusue cauſ fiunt. Item ordo ſacer ſubdiaconatus, ſ. diaconatus, & præſbiteratus, & hoc propter annexum votum ſolenne caſtitatis, c. 1. de cleric. coniug. c. 1. qui clerici, vel vouentes Conc. trid. prædicta ſeſſ. can. 9. licet attamen præsbiteri orientales posſint retinere vxores ante ordinem ſuſceptas c. cum olim. de cleric. coniug. Item Iuſtitia publicæ honeſtatis, quæ non patitur ut contrahens ſponſalia cum aliqua, posſit poſtea cum conſanguinea vel affine illius in gradu prohibito matrimonio copulari c. ad audientiam de ſponſalibus, quod attamen hodie ex conc. trid. procedit in ſponſalibus tantum legitimis, nec excedit primum gradum prædicta ſeſſ. c. 3. Item impotentia coeundi, accidentalis, vel naturalis, quæ ſi ſit perpetua, adeo ut citra animæ, vel uitæ periculum tolli nequeat, matrimonium impedit, & dirimit; ſi vero temporalis impedit ſolum c. p. & 3 de frigidis, & maleficiatis. Item furor coniugum tempore contractus non ſic ex poſt facto ſuperueniens c. dilectus cum ſequent. de ſponſ. Ac demum ommisſio ſolennitatis, a Conc. Trid. nuper introductæ, vt matrimonium non niſi preſente parocho, vel alio de eius, aut ordinarij licentia coram duobus, vel tribus teſtibus contrahatur prædicta ſeſſ. 24. c. 1.

Cauſę uero impedientes tantum, non etiam dirimentes matrim. ſunt vt diximus ſeptem; videlicet interdictum ſuperioris propter aliquod ſuſpicatum Impedimentum. quod ſi verum non ſit ualet matrim. initum contra huiusmodi interdictum, licet incuntes mortaliter peccent c. 1. de matrim. contra interdic. & ideo matrimonia Clandeſtina, extra faciem Eccleſiæ, ac ommisſis aliis ſolennitatibus valent, dummodo preſentia parochi & teſtium non omittatur Conc. trid. ſeſſ. iam dicta: c. 1. in princ. Item tempus feriarum in honorem Dei indictorum, quod eſt ab aduentu domini uſq; in diē epiphaniæ, & a feria quarta cinerū

uſq;

uſq; ad octauam paſchatis incluſiue c.i. de ferris Conc trid. ibidem c. 1. Item conditio aliqua honeſta in ſponſalibus appoſita, contra quam tamen valet matrim. contractum, ſecus eſt in conditione contra ſubſtantiam matrim. quæ ut dixi dirimit etiam contractum c. fi. & ibi gloſſ. de condition appoſitis. Item votum ſimplex caſtitatis, uel religionis, quod fit ſine ulla ſollennitate c 2 27. diſt in Item ſponſalia præcedentia cum una, impediant matrimon. contrahendum cum alia, licet non dirimant iam contractum, c. ſicut de ſponſalibus niſi ſponſa eſſet conſanguinea uxoris, poſtea ducta, orirctur enim impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis de quo ſuperius dictum eſt, item cognatio illa ſpiritualis, quæ oritur ex cathechiſmo. h. s ex inſtructione, quæ adhibetur baptiſando c. per cathechiſmum de cognat. ſpirit. lib 6. cum aliàs cognatio ſpiritualis ex baptiſmo procedens dirimat etiam contractum, ut ſuperius dictum fuit. Ac demum ſeptem illa crimina Inceſtus. 5. c. i. de eo, qui cogn conſ ux. ſuæ Vxoriſcidium x. interfectores 33. q. 2. Presbitericidium c qui presbiterum 17. q. 4. Coniugium cum Moniali c. hi ergo 27. q p. ſuſceptio proprii filii ex fonte baptiſmi animo non reddendi debitum vxori c. dictum 30 q i Pœnitentia ſolennis c. de his 33. q. 2. & raptus c. placuit 36. q. 2. & Auth de rapt. mulier; licet conſenſus ſuperueniens de iure Canon. expurget raptum, adeo vt liceat inter ſe raptores nubere c pen & ult. ext de rapt. qui tamen conſenſus non præſumitur donec rapta eſt in poteſtate raptoris, proinde matrim. ita contractum ex Conc Trid. decreto non conſiſtit prædicta ſeſſ c 6.

Ex his itaq; cauſis matrimonium contrahi prohibetur; ſicut ex antedictis contractum etiam diſſoluitur, uariiſq; pœnis plectuntur contrahentes, quas refert Imp. hic in § ſi aduerſus & in tit. infra de publicis iudiciis, vbi plenius hanc materiam proſequemur; non ommiſſo interim prohibitarum coniunctionum ſex eſſe ſpecies nempe con-

cu.

cubinatus; Stuprum, Adulterium, Poligamia, inceſtus, & Sacrilegium, quæ uario modo puniuntur tum in foro ſeculari, tum in eccleſiaſtico. Et primo ſimplex fornicatio, ſiue concubinatus, cum de iure Ciuili inter ſolutos toleretur l. p. & tot tit. ff. & C. de concubinis: de iure vero Canonum excommunicatione punitur c. meretrices 32. q. 4. c. audite 34 diſt. ſi maximè ter moniti concubinarii non deſiſterint. Conc. Trid præd ſeſſ. c. 8 & ſeſſ 25. de ref. c. 14. Stuprum conſumatum, & uiolentum de iure Ciuili punitur capite, non conſumatum uero & uoluntarium mitius, §. item lex Iulia il primo infr. de publ. Iud. de iure uero Canonico ſi ſtuprator renuat ſtupratam ducere excommunicatur c. peruenit, de adult. & ſtupr. Adulterium uti maximum crimen lege Iulia capite punitur. d §. itē lex Iulia infr. de publ. Iud. quod fuit poſtea correctum in adultera propter fragilitatem ſexus Auth. hodie C. ad leg. iul. de Adult., ſecundum vero Canones Adulteri ſi ter moniti non ſeparentur excommunicantur c. ſi quod uerius 33, q. 2. & Conc Trid. prædicto ca. 8. Poligamia & ipſa adeo improhibita eſt, vt ducens plures coniuges eodem tempore non ſolum infametur; ſed eademmet pœna ſtupri plectatur §. affinitatis h. e. l. eum qui 18. C. ad leg: Iul de adult. c. 2. & fin. de ſponſ. duorum. Inceſtus inter parentes in linea recta aſcendentium, & deſcendentium Capite punitur; in linea uero tranſuerſali infamia, publicatione bonorum, exilio; cum etiam matrimonium inter inceſtuoſos nullo iure ualeat ſed filii ex eo nati ſpurii, ac parentum ſucceſſione expertes ſint; ut hic in d. §. ſi aduerſus & l. qui contra 4. iuncta auth. inceſtas. C. de inteſt. nupt. de iure uero Canonico inceſtuoſi excommunicantur, Clementina finic. de conſanguin. et affinit. niſi cum eis diſpenſatum fuerit in quarto, & tertio gradu; cum in ſecundo non; niſi inter magnos principes diſpenſetur Conc. trid. prædicta ſeſſ. c. 5. Sacrilegium tandem ueluti omnium grauiſſimum crimem de iure ciui

li

& vltimo damnatur ſupplicio, etiam ſi non conſumatum, ſed attentatum fuerit per uim, aut raptum l. ſi quis non dicam rapere .ſ.C.de epiſcop. & clericis, quod etiam procedit in raptu cuiuſcumq; mulieris honeſtę l.unica C de raptu virg.§ item lex Iulia il 2.infr.de publ iud de iure vero Canonum ſacrilegi raptores, & auxiliatores excommunicantur c.uirginibus 27.q.1.per totam, & Conc. Trid pręd ſeſſ c 6.

Circa tertium tandem caput, cum naturales liberi; extra matrimonium nati, vt ſuperius viſum eſt, nec patriam poteſtatem, nec paternam hæreditatem regulariter agnoſcāt, quinimmo multis priuentur commodis, quibus poſſuntur legitimi, & naturales, ſiue legitimi tantum, hoc adeo inhumanum legibus viſum eſt; vt quinque legitimandi modos adinuenerint, quibus huiuſmodi naturales ad æqualitatem aliorum redigerentur & vna cum illis patriam poteſtatem, familiam, ac hæreditatem paternam adhipiſcerentur, Quorum Primus modus eſt relatus hic in §. fin.per oblationem curiæ, & ſeruitio principis, §. ſi quis igitur Auth.quibus mod nat effic ſui. Secundus eſt per ſubſequens matrimonium cum ea, cum qua a principio conſiſtere poterat, cuius tanta eſt uis, vt filii antea nati, & in vtero exiſtentes perinde legitimi habeantur ac ſi ex praexiſtenti matrimonio nati fuiſſent, vt hic in præd §.fin & l.cum quis 10.C. de naturalibus lib. Auth. quibus modis nat eff ſui.§.ſi quis igitur dotalia iuncto c. tanta eſt vis. extra qui filii ſint legit. Tertius eſt per reſcriptum, & gratiam Papę, Imparatoriis, uel alterius Principis ſuperioris .§. ſit igitur in Auth quibus mod nat.effic legit.c per uenerabilem extr.qui filij ſint legit. Quartus eſt cum pater in ſuo teſtamento vocat filium naturalem legitimum § illud autem Auth.quibus mod.nat.eff leg. Vltimus cum idem pater in aliquo actu publico, uel priuato trium teſtium ſubſcriptione munito, naturalem ſuum appellat filium, ex hoc enim preſumitur

le-

legitimatus, Auth. ſi quis C. de natur. lib. Quæ tamen oĩa procedunt in filiis natural. tãtũ s. natis ex concubina, vel alia fœmina ſoluta in domo ad votũ retenta, aut etiam in vulgo quæſitis ex meretrice publica cum qua matrimonium conſiſtere poterat, non autem in Spuriis ex inceſtu, adulterio, ſacrilegioq; ſuſcepti, qui vllo pacto legitimari nequeunt patribus ſuccedere, aut alimenta petere ut hic in §. fin., auth. ex complexu C. de inceſtis nupt; & d. c. tanta extr. qui fil. ſint leg.

Nota

IN TITVLVM DE ADOPTIONIBVS.

Super Rubrica.

CVM in poteſtate parentum ſint filii, & nepotes non ſolum naturales, & legitimi, ex iuſtis. ſ. nuptiis procreati, vt ſuperiori titulo declarauimus; ſed etiam, legitimi tantũ h. e. adoptati, ſiue arrogati, meritò ſubiungitur tit. hic, cui concordant tituli ff. & C. de Adoptionibus, dictaq; eſt adoptio vt opinor, quia ad optionem, & electionem adoptantis fiat, l. in adoptionibus. s. ff. eod. ſicut arrogatio quod ad rogationem populi olim fieri conſueuerit hodie vero Principis, & Imperatoris; vt admonet Aldobrandinus hic in §. p., & probatur per eundem textum in verbo Imperatoris auctoritate & l. 2. ff. eod.

In

In Textum.

Qvinque vero in huius materię declaratione nobis ſe perhibent cognoſcenda . Quid ſit adoptio, Quotuplex, Qui adoptare poſſint, Qui adoptari, Et qui ſint effectus. adoptionis.

In primis autem Adoptio ex Gloſſ.& DD hic in § primo eſt actus legitimus , quo immitatione naturæ efficitur filius is, qui prius non erat, Cuius antiquiſſimum fuit inſtitutum in ſolatium ammiſſorum filiorum, & improborum, ſiue ad ſupplendam ſterilitatem a lege introductum, ad immitationem naturæ §. minorem, & § fœminæ hoc eod.

Secundo adoptionis duæ ſunt ſpecies, quarum prima retento nomine generis appellatur adoptio, alia vero ſpecifico quodam nomine arrogatio nuncupatur §. primo hoc eod. l i. ff eod. Differunt autem adoptio, & arrogatio, quod adoptantur ii qui in aliena poteſtate ſunt ; arrogantur vero ii, qui ſunt ſui iuris, & poteſtatis, dicto §. 1 hoc eod. l i. ff eod. item adoptio fit coram quocumq; magiſtratu ordinario; arrogatio uero coram Principe , uel delegato ab, eo, vt hic in præd. § i. & l. 2 ff eod.

Præterea adoptatus nunquam exit de poteſtate patris naturalis, nec tranſit in poteſtatem adoptiui , niſi in caſu, quod adoptetur ab auo, uel alio aſcendenti paterno, aut materno, in quo cum concurrant ſimul vinculum naturæ & legis potens eſt hæc adoptio transferre adoptatum a poteſtate, & familia patris naturalis , in poteſtatem, & familiam adoptiui §. 2. hoc eod l. cum in adoptiuis 10. ff. eod. arrogatus vero ſemper tranſit ipſe cum omnibus eius bonis & cum filiis etiam ſi quos habet in poteſtatem, & familiam arrogantis, ut admonet textus exemplo Auguſti in §. illud h. e. & l. ſi paterfam. 15 ff eod.

E Tertio

Tertio adoptare, ſiue arrogare poſſunt regulariter maſculi tãtũ; fœminæ vero ex ſpeciali principis indulgẽtia § fœminæ hoc cod.! mulierẽ 5 C. eod; dũmodo adoptãs excedat adoptatũ plena pubertate h.e. decem & octo ãnorum ſpacio, ratione reddita in §. minorem h.e. & l. ſi pater familias 15. ff. eod. Amplius ſicut caſtrati quibus ſ. virilia amputata ſunt naturaliter generare nequeunt: ita nec adoptare; ſpadones vero, qui .ſ. ob impedimentum naturale per aliquod tempus generare impediuntur adoptare nihilominus permittũtur ſic enim intelligendus eſt textus hic in § ſed & illud & l. 2. & l arrogato 40. ff. eod. quod etiam hermophroditis, qui in uirilibus prevalent uidetur permiſſum, argum. legis. ſed eſt quæſitum 6 ff de liberis, & poſthum. ſicut ex aduerſo ſacerdotibus, & monachis, qui honeſte generare non poſſunt denegandum eſſe tenuit Portius hic, quem non refugit Aretinus.

Quarto adoptari uel arrogari poſſunt omnes tam maſculi, quam foeminæ, tam conſanguinei; quam extranei, & tam maiores, quam minores, impuberes, & etiam infantes §. 2 h e. l adoptio 16. l. nam & fœminæ 21. l. etiam infantem 42 ff. eod. dummodo tamen cum arrogantur impuberes id fiat cauſa cognita, & preſtita ab arrogatore cautione de reſtituendis bonis ipſorum impuberum caſu quo in pupillari ætate deceſſerint parentibus, vel ſubſtitutis ipſorum, ſicut etiam huiuſmodi arrogati non poſſunt emancipari, niſi cum cauſę cognitione, & relicta eis ſaltem quarta bonorum arrogatoris §. cum autem hoc eod & dicta l. nec ei 7. ff. eod. inſuper poteſt quis arrogare ſibi & in filium, & in nepotem, etiam ſi filium non habeat §. licet autem h e ita tamen vt cum quis habens filium ſibi adoptat aliquem in nepotem debeat in hoc adhibere conſenſum ipſius met filii ratione aſſignata in §. licet hoc eod. l. cum nepos 6. ff. eod.

Demum adoptionis effectus eſt, ut immitetur naturam §. minorem h e., & ideo ſicut pater naturalis poteſt filium

lium

lium in ſua poteſtate poſitum alteri adoptandum dare, ita etiam & pater adoptiuus, in caſu tamen quo filius adoptiuus tranſit in poteſtatem adoptantis § in plurimis & §. 2. hac eod; Præterea per adoptionem non minuitur ſed bene augetur dignitas adoptati l per adoptionem 35. ff eod. Ac tandem ſi ſeruus adoptetur a domino efficitur quidem liber & filius § fin. h. e. ſicut, & cum a domino in publicis actis filius nuncupatur efficitur quidem liber, ſed non filius præd. § fin.

IN TITVLVM

QVIBVS MODIS IVS PATRIAE POTESTATIS SOLVITVR.

Super Rubrica.

VM duplex ſit quemadmodum ſuperius demonſtrauimus priuatorum, poteſtas, alia .ſ. dominorum in ſeruos, & alia parentum in liberos, cumq; in titulo ſupra de libertinis dictum ſit quibus modis ſoluatur dominica poteſtas; nunc uero agitur, quibus modis ſoluatur ius patriæ poteſtatis quod eſt ciuili ratione introductum §. primo ſup. de patria poteſt non autem poteſtas ipſa, quę cum de iure naturali ſit l. pronunciatio 195 ff. de verb. ſignifi. imutabilis eſt §. ſed naturalia ſup. de iure nat gen. & ciu; & concordat cum hoc titulo poſterior pars tituli ff. de adopt. & C. de emancipatione liber.

In Textum.

SEx autē hic præcipui recēſentur modi, quibus ius patriæ poteſtatis tollitur, & per conſequēs filii familias efficiũtur ſui iuris; Quorũ primus ē per mortē naturalem patris, & aui paterni in cuius poteſtate erant filij, quod ſi alter tantum eorum moriatur reincidunt filij in poteſtatem alterius, niſi auus emancipauerit patrem, per eius enim mortem filius liberatur nec incidit in poteſtatem patris iam per emancipationem facti extranei §.i.h e.

Secundo ſoluitur ius iſtud per mortem ciuilem h.s.per deportationem, uel aliam poenam capitalem iniunctam, patri uel filio, §. cum autem he, qui ſi poſtea fuerint reſtituti, redintegratur l.in quæſtitione 13. C.de ſentent. paſſ., & reſtit. quod non euenit in relegatione, aut alia leuiori poena ſecund. Gloſſ hic in verbo retinet.

Tertius modus eſt per dignitatem patriciatus & conſimilium rellatarum hic in §.filiusfam. & in l.fi.C. de decurioribus, & in auth. conſtitutio quæ dignitatibus, ubi recenſetur etiam epiſcopalis dignitas. cui, additur quoq; ſacerdotalis, & monachalis, ſecundum Hoſtiens.in c indecorum de ætat, & qualit, ſola uero militaris dignitas non liberat a patria poteſtate, licet filiusfam.miles ex priuilegio teſtari poſſit §. i. infra quibus non eſt perm fac.teſt.

Quarto modo ſoluitur per captiuitatem & ſeruitutem capto enim ab hoſtibus patre, filio; vel utroq; & altero, uel ambobus apud hoſtes decedentibus patria poteſtas ſoluta intelligitur, non ſolum a die mortis: ſed ab hora præambula captiuitatis, quia tunc eos deceſſiſſe fingit lex Cornelia, ſicut ex aduerſo ſi captus reuertatur in patriam nunquam ſoluta intelligitur patria poteſtas, quia ius poſtliminii fingit eum continuò in ciuitatem permanſiſſe §.ſi ab hoſtibus h.e. & l. in bello 12. §. ſi

quis

quis, & l. retro 16. ff de captiuis & poſtlim reuerſ.; eſt enim Poſtliminium ius ammiſſæ rei recuperandæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ, inter nos, ac liberos omnes populos, regeſq; legibus, ac moribus conſtitutum l. poſtliminium 19. ff de cap. & poſtl. reuerſ.

Soluitur & quinto patria poteſtas per emancipationem, eſt 5
autem emancipatio liberatio filii, uel nepotis a patria poteſtate, quaſi e manu dimiſſio §. præterea h. e. & l. iubemus ſ. C. eod. quæ cul olim fieret imaginaria quadam uenditione, ut declarat poſt textum Gloſſ hic. in uerbo per imaginariam, hodie fit apud quoſcumque magiſtratus, uel iudices ordinarios, ut hic, & l. fi. C eod., & filii uel nepotes ita emancipati efficiuntur quidem ſui iuris, omniumq; ſuorum bonorum domini; præterquam quod tenentur præſtare patri dimidiam uſusfructus bonorum ſuorum, l. cum oportet 6. C. de bonis quæ lib. & ſi deceſſerint ſine liberis inſtituere patrem in tertiam hæreditatis, vt hic iuncta gloſſ. & l. i ff ſi a parente quis fuer. man.

Sextus tandem modus eſt per adoptionem, ſi enim pa- 6
ter iam emancipatus ab auo generet ſibi filium, ille quidem filius in poteſtate patris ſui naſcitur §. illud h. e. qui pater ſi poſtea det filium illum in adoptionem aui, exit ille de poteſtate patris, & tranſit in poteſtatem aui §. ſed ſi pater h. e. l. fin. C. de adopt. Coeterum generaliter ſancitum eſt neminem inuitum cogi emancipare, uel emancipari §. fin. h. e. l non poteſt ff eod. quæ tamen regula limitatur hic per Gloſſ in quatuor Caſibus.

IN

IN TITVLVM
DE TVTELIS.

Super Rubrica.

PRoſequens Imp. tractatum perſonarum, poſteaquam docuit in tit. de iure perſonarum omnes homines aut liberos eſſe, aut ſeruos. Item in tit. de his qui ſunt ſui, uel alien. iur. omnes eſſe aut ſui, aut alieni iuris; nunc afferens tertiam diuiſionem perſonarum inquit, ex omnibus pariter alios ſub tutela uel ſub cura degere, alios uero non, de qua materia, quæ ampliſſima eſt agitur in plurimis tit ff. & C. eod & in hoc tit ubi Imp. agit primum de tutela, & cura in genere, acturus de iiſdem in ſpecie in ſequentibus titulis uſque ad calcem libri.

In Textum.

TRia uero ex hoc ipſo tit. colliguntur. Quid ſit Tutela, Quotuplex, & obiter Quibus Tutores teſtamentarii dari poſſint. Eſt autem Tutela ut Seruius diffiniuit, vis, atq; poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem ſe defendere nequit, iure ciuili data, ac permiſſa, §. i h. e. & l. i ff eod. ubi Theophilus pro ui ius habet, nec immerito, diciturq; in capite libero &c. quia ſeruus tutelæ incapax eſt, immo, nec filio familias tutor regulariter dari ſolet,

niſi

niſi pater, eum neglexerit l.fin.C.de bonis quæ liberis: ſicut non datur etiam niſi impuberi uſque ad decimum quartum annum,& exinde datur curator § i. infra quibus modis tut. finitur quæ tutela a iure ciuili introducta eſt,cum de iure naturali,& gentium incognita eſſet vt hic.

Secundo Tutela triplex eſt Alia teſtamentaria,quæ conſtituitur a patre in teſtamento,& de qua agitur in hoc tit,cum ſequenti, Alia legitima, quæ in defectum teſtamentariæ inducitur a lege, & de qua in tit. inf a de legitima agnatorum tut cum quatuor ſeq. , & Alia datiua quæ deficiente etiam legitima datur a iudice uel magiſtratu,de qua in tit.infra de atiliano tutore.

Teſtamentaria tutela eſt illa,quæ conſtituitur a patre, vel auo paterno in teſtamento,uel Codicillis,filiis,uel nepotibus ſuis impuberibus tam maſculis, quam foeminis, tam natis; quam etiam poſthumis, dũmodo in poteſtate ipſorum parentum ſint,nec recuſari in aliena poteſtate, § permiſſum,cum ſeq.h.e & l i.ff de teſtam.tut.

Immò permittitur etiam parentibus dare tutorem teſtamentarium liberis emancipatis; ita tamen vt tutor ille confirmetur a magiſtratu,cum aliàs teſtamentarii tutores confirmatione non ægeant §.ſi h e.,& l. qui a patre 3.ff. de confir. tut.

IN TITVLVM

QVI TESTAMENTO TVTORES DARI POSSINT.

Super Rubrica.

PRocedens Imp. declarando materiam teſtamentariæ tutelę, cum ſuperiori tit. docuerit quę perſonæ tutores teſtamentarios dare poſſint, quibusue dentur nunc docet Quæ nam dari poſſint, Quibus modis dentur, & quomodo interpretentur verba teſtamenti ambigua circa dationem tutoris, de quo agitur in tit ff de teſtamenta tut. & C. qui teſtamento tutores dari poſſint.

In Textum.

DAri autem tutor in teſtaménto poteſt pater familias dummodo ſenſuum & mentis compoſit, ſurdus enim mutus, furioſus, vel alio graui morbo laborans ſiue etiam minor viginti quinque annis non datur; niſi ſub tacita conditione cum ſanus, uel maior factus fuerit §. i. & § furioſus h.e.l i. §. mutus ff. eod. Præterea dari poteſt etiã tutor filiusfamilias, quia in his, quæ publici iuris ſunt, qualis eſt tutela, patria poteſtas non attenditur l. nam quod 14. ff ad Senatus conſ. trebell. Et quod magis eſt ſeruus proprius teſtatoris qui ob id factus cenſetur liber, vel etiam ſeruus alienus, cum liber factus fuerit §. i & 2. h e. Amplius cum foeminæ functione

tutelæ

tutelæ ſicut aliis publicis muneribus expertes ſint, hoc tamen conceditur matri, & auiæ pupilli; quouſq; ad ſecunda vota non tranſierint, Auth. matri, & auiæ C. quando mulier tutelæ off fung. poſſ.

Datur uero tutela hæc teſtamentaria vel pure, vel ad certum tempus, quo ellapſo remouetur ille tutor & datur alius a Iudice § præterea inſ. quib. mod. tut. fin. vel ex certo tempore, & interim pariter datur alius tutor., vel ſub conditione, dummodo tamen tutor detur ad tuendũ pupillum, eiusq; patrimonium; nam certe rei tutor dari non poteſt § ad certum h e. l certarum 12. ff. eod.

Demum quoties pater in ſuo teſtam dat tutorem filiis, intelligitur dediſſe & maſculis, & fœminis, & natis, & naſcituris, quoties vero dat tutorem liberis videtur dediſſe etiam nepotibus, natis, & naſcituris; ſicut cum dat tutorem poſthumis cenſetur dediſſe etiam nepotibus poſthumis, §. fin. h. e. & l. ſi quis ib ff. eod.

IN TITULUM

DE LEGITIMA AGNATORUM TUTELA.

Super Rubrica.

SEcunda ſpecies tutelæ eſt illa, quæ vocatur legitima, quia ex diſpoſitione legis duodecim tabularum defertur proximioribus parentibus, vel patronis, cuius quatuor ſunt ſpecies, ſingulis quęq; titulis explicatæ, legitima ſ. Agnatorum, Patronorum, Parentum, & Fiduciaria, de quibus etiam agitur in tit ff. de legitimis tutoribus, & C. de legitima tutela.

In Textum.

Q*Vemadmodum in ſucceſſionibus; ita etiam in tutelis obſeruatur ut quandiu adſint tutores teſtamentarij admittuntur; illis verò deficientibus, quod euenit quoties uel nullum eſt conditum teſtam., uel nulli dati tutores, vel præmortui teſtatori, admittantur; Immo inuiti etiam compellantur a lege proximiores parentes, & inter eos primum agnati, qui .ſ. per uirilem ſexum coniuncti ſunt cum pupillo, & illis non extantibus cognati, qui per foeminas coniunguntur §.1.& 2. h e.§.1.infra de ſucceſſ cognatorum, & late docuimus ſupra in tit. de nupt in 2.cap. Quæ tamen prærogatiua agnationis, tanquam à iure ciuili introducta tollitur per quamcumq; capitis diminutionem ipſorum agnatorum, quod non euenit in cognatione § fi h.e.& infra apparebit in proximo ſeq tit.; licet hæc parum ſcitu vtilia, propter ſublatam hodie differentiam inter agnatos, & cognatos, cum circa ſucceſſiones; tum circa tutelas; adeo, vt moriente aliquo ab inteſtato proximor conſanguineus cui debetur hæreditas & ſucceſſio pupilli, eius quoq; tutelam ſuſcipere compellatur Auth ſicut hęreditas C. eod. quod uidetur etiam voluiſſe Platonem in vndecimo de legibus; dum quinque ſtatuit eligendos eſſe tutores, duos ex parte patris, duo ex parte matris, & vnum ex carioribus amicis paternis.*

Ad tutelam impellit legibus agnati

IN TITVLVM
DE CAPITIS DIMINVTIONE.

Super Rubrica.

Q*Voniam Imp. ſuperiori tit. dixit capitis diminutione tolli prerogatiuam agnationis, nunc parum digrediens a propoſita materia, quaſi per paren-*

parentheſim docet, quid, & quotuplex ſit capitis dimi nutio, de quo agitur etiam ff. eod. de capit. dim.

In Textum.

Tria vero ex hoc ipſo tit. breuiter colliguntur. ſ. Quid, & quotuplex ſit capit. dim. Quos effectus producat circa tutelas, & quo nam ordine deſeratur legitima agnatorum tutela.

Et primo capitis diminutio eſt prioris ſtatus commutatio §. 1. h. e. l. i. ff. eod. caput enim ſignificat ſtatum conditionem, & qualitatem; Hinc eſt quod cum tres præcipui ſint ſtatus, & conditiones hominũ libertas. ſ. ciuitas, & familia; tres quoq; ſunt ſpecies capitis diminutionis §. 1. h. e. Alia. ſ. Maxima, per quam quis amittit libertatem, ciuitatem, & familiam, vt euenit illis, qui capitali pœna damnati ſerui pœne efficiuntur, vel in ſeruitutem rediguntur; Alia minor, ſiue media, per quam retenta libertate, ciuitas, & familia amittitur, vt accidit deportatis, & excommunicatis, & Alia minima, per quam ſola familia perditur, ſut contingit, eis, qui ſe alteri arrogandos dant, uel qui emancipantur, exeunt enim de poteſtate, & familia patris emancipantis, & tranſeunt in eam patris arrogantis, præd. § i. h. e & l. fin. ff. eod.; Vnde fit quod cum ſeruus, nec libertatem, nec ciuitatem, nec familiam habere dicatur capitis diminutionem non patiatur §. ſeruus h. e. ſicut, qui dignitate aliqua deponitur capite minui non dicatur §. quibus h. e.

Effectus autem ipſius capit dim. circa tutelas eſt, quod ſicut prærogatiua agnationis tollitur vt vidimus per quamcumq; capit. dim: ita per maximam & mediam tollitur etiam ius cognationis, adeo vt factus ſeruus, vel deportatus non poſſit amplius tanquam cognatus ad tutelam admitti, licet poſtea manumiſſus, vel in patriam reſtitutus fuerit, §. quod autem h. e a priuatione

enim ad habitum non datur regreſſus .l. homo liber 21 ff d. ſtat hom.

In tutela legitima qu ordo ſeruandus. *Poſtremò, in deferenda tutela legitiama ſicut & in ſucceſſione talis ordo ſeruatur, vt pluribus extantibus agnatis, & cognatis proximior in gradu admittatur, & ſi plures in gradu æquales exiſtant omnes pariter admittantur: ita tamen, vt magis idoneus conſenſu aliorum, vel arbitrio iudicis tutelam gerat, præſtitis legitimis cautionibus, §. fin h.e., & l.3. ff de adminiſtratione & periculo tutorum.*

IN TITVLVM

DE LEGITIMA PATRONORVM TVTELA.

Ad pronos pertinet tutela libertinorum. *Alia ſpecies tutelæ legitimę eſt illa patronorum, ſic dicta quia patronis defertur, & de qua hic & in l 3. ff. de legitimis. tut. cum enim lex duodecim tabularum vt ſuperius demonſtrauimus illis deferat tutelas, quibus, & hęreditates defert, cumq; patronis hæreditates libertinorum ab inteſtato decedentium eadem lex aperte deferat, tutelas quoq; deferendas eſſe, ex eiuſdem legis interpertatione exiſtimarunt prudentes, quod tamen non procedit in patronis fœminis, licet illæ ad hæreditates æque cum maſculis admittantur, vt pote quia in ſucceſſionibus ſublata ſit hodie differentia ſexus §. vnico h.e. & l. maximum uitium 4. C. de lib præter, quæ tamen patronorum tutela propter antiquatum vſum libertinorum iam obſoleuit.*

IN

IN TITULUM

DE LEGITIMA PARENTUM TUTELA.

AD inſtar patronorum reperta eſt etiam parentum tutela, quam gerit pater, uel auus, in filium, vel nepotem emancipatum, in quem nequeunt gerere legitimam agnatorum, cum ille per emancipationem factus ſit extraneus, vt ſuperius monuimus; licet hodie propter ſublatam differentiam inter ſuos, & emancipatos filios, Auth. ceſſante, & l. meminimus 15. C. de legit. hæred. ſuperflua ſit hæc tutelæ ſpecies.

IN TITULUM

DE FIDUCIARIA TUTELA.

NOn minus quam ſuperior, quarta quoq; hæc legitimæ, tutelæ ſpecies ſuperflua eſt, quæ cum deferretur fratri in fratrem, uel ſororem emancipatos, in quos, tanquam in extraneos legitimam agnatorum gerere non poterat; ſublata hodie differentia adoptionis, ſublatus eſt etiam vſus fiduciariæ, ſic dictæ ob maximam fiduciam, quam habent leges amoris & pietatis fraternæ in fratrem licet emancipatum, & remanet hodie tantum legitima tutela conſanguineorum, tam agnatorum, quam cognatorum, qui ſicut ad hæreditates, ita & ad tutelas paſſim & indiſtincte admittuntur; ſeruata tamen gradus prærogatiua, ut ſuperioribus tit. demonſtrauimus, & ſeruata ætate viginti quinq; annorum, quæ hodie in tutore neceſſaria eſt; vt hic in fine, & in l finali C. de legit. tut.

IN TITVLVM

DE ATTILIANO TVTORE, ET.C.

Tutella dativa

TErtia tandem ſpecies tutelæ eſt illa quæ datiua dicitur ſiue Attiliana, eo quia dabatur olim, a certis quibuſdam magiſtratibus ſecundum diſpoſitionem legis Attiliæ §. 1. cum tribus ſeq. h. e. hodie vero, ex conſtitutione Imp. datur in vrbe a præfecto & prætore, extra vrbem a defenſore, ſi facultates pupilli excedant quingentos ſolidos aureos; ſin minus ab Antiſtite, & quocũq; magiſtratu § ſed hoc h. e., Immò hodie ex ſtilo fori, & ex ſententia dd. in l. ius dandi 3. ff. de tutoribus & curat. dat. tutores dantur a quocumq; magiſtratu, & iudice ordinario quantumcumq; magnæ ſint facultates pupilli, & dantur in caſu, quo vel non adſint tutores teſtamentarii, & legitimi, uel quo adſint quidem teſtamentarii, ſed ſub conditione, aut tempore dati, uel ab hoſtibus capti; interim enim non ſuccedunt legitimi, ſed datiui §. 1., & 2 h. e., cum honere præſtandi legitimas cautiones, reddendiq; adminiſtrationis rationem poſt finitam tutelam, § pen. & vlt. h. e. & latius videbimus in ſequentibus tit.

A quo dentur tutores ... (marginal note)

Quid teneatur tutor dativus.

IN TITVLVM

DE AVTORITATE TVTORVM.

Super Rubrica.

DIctum eſt hactenus quid ſit tutela, & quotuplex, quiue tutores dari poſſint; nunc ſequitur dicendum quænam ſit autoritas tutorũ, de quo agitur etiam in tit. ff. de autoritate, & conſenſu tutorum, & C. de autoritate præſtanda.

IN

In Textum.

DVo vero ex hoc textu breuiter colliguntur Quando .ſ. neceſſaria ſit autoritas tutoris ad confirmanda geſta per pupillum , Vbiue , & quomodo interponenda ſit.

Circa primum tres ſunt caſus in quibus neceſſaria eſt autoritas tutoris, vnus eſt quando pupillus contrahit ſe alteri obligando, conditionemue ſuam deteriorando; ſecus eſt ſi alios ſibi obliget , melioremue ſuam conditionem faciat; & ideo in contractibus vltrocitroq; obligatoriis ut in emptione, locatione, & ſimilibus, cum pupillo initis niſi tutoris autoritas intercedat pupillus alios ſibi obligat ipſe uero eis non obligatur, ut hic in § p. & l. obligari §. pupillus ff. eod. niſi meliorem fecerit conditionem ſuam, æquius enim eſt vt ob & ipſe obligetur ſecundum dd. hic, & in l pupillus, 150 ff. de reg iur. ; Alius caſus in quo tutoris autoritas deſideratur eſt quoties pupillus alienam hæreditatem uel fideicommiſſum ſibi delatum adire, uel bonorum poſſeſſionem agnoſcere vult, etiam ſi lucroſa ſint, & hoc propter periculum, quod ſubeunt illi qui alienis ſe immiſcent negotiis, § neque tamen h. e. & predicta l. obligari ff. eod. Tertius eſt ubi Pupillus ciuiliter agere, vel conueniri contingit, cum legitimam perſonam in iudicio ciuili ſtandi non habeat, l. clarum 4. C. eod. l. 1 & 2. C. qui leg. perſ. ſtan. in iud. hab. exceptis quatuor caſibus rellatis a gloſſ. in d §. neq; in verbo, ne vllum, ſecus eſt in iudicio criminali, in quo pupillus abſq; ulla tutoris autoritate & accuſatur ; & punitur l impunitas 7. C. de pœnis & late dicemus infra in tit. de public iud.

Quo ad ſecundum debet tutor , autoritatem ſuam interponere illico, & in preſentia § tutor h. e. , quia tutoris preſentia & autoritas omnem doli ſuſpicionem excludit, l. tranſactionem C. de tranſact. , niſi tutor ipſe negotium, vel litem habeat cum pupillo ; debet enim interim a tu-

tela

tela ſuſpendi, & alius dari particularis tutor, vel curator § fin h.e., & tot. tit. C. de in litem dand. tut uel cur. Cum immo hodie creditor, uel debitor minoris, vel cum eo litem, aut negotium gerens curator, aut tutor eſſe non poſſit, niſi debitum ſit modicum, vel tutor ſit teſtamentarius Auth. minoris C. qui dar. tut. poſſ.

IN TITVLUM QVIBVS MODIS TVTELA FINITVR.

Poſt multa de tutelis hactenus exarata plures affert Imp hic, & in tit. C. quando tut uel cur. eſſe deſin modos, quibus tutela finitur. Quorum primus eſt per aduenientem pubertatem, quæ hodie aduenit in maſculis completo 14 anno, in fœminis 12. ſublatą priſtina obſeruantia cognoſcendi pubertatem ex inſpectione nudatorum corporum §. 1. h. e. ſecundus eſt per arrogationem pupilli, qui con tranſeat in poteſtate arrogantis, non eget amplius tutore §. 2 h. e. finitur quoq; omnis tutela per maximam, uel mediam capitis dimin. tutoris vel pupilli; per minimam autem ſola legitima d §. 2. & §. ſed & capitis h. e. & § fin. ſup. de leg. agn tut. item per captiuitatem, ſeruitutem, uel mortem tutoris, aut pipilli, §. i em finitur cum ſeq. h. e. item per exiſtentiam conditionis, uel per aduentum tēporis, ſub quibus datus fuerat tutor §. ſed & ſi, & §. præterea h. e ac demum per excuſationem tutoris inhabilis, vel per āmotionem tutoris ſuſpecti §. fi. h. e & infra uidebimus in titulis de excuſationibus tutorum, & de ſuſpectis tutoribus.

IN

IN TITVLVM DE CVRATORIBVS.

Super Rubrica.

CVM ex illis perſonis, quæ ſui iuris ſunt alij ſub tutela, & alii ſub cura ſint, cumq; de primis hucuſque ſatis dictum ſit; ſequitur dicendum de aliis, & per conſequens de cura, & curatoribus, de quibus etiam agitur in tit. ff de curat. furios & de tutor. & curat. datis ab his, &c. de adminiſtrat. tut. uel cur.

In Textum.

SVnt autem ſuper interpratat. huius tit. quinque breuiter obſeruanda, Quid ſit cura, Quotuplex, Quibus perſonis curatores dentur, Quiue dare, Vel dari poſſint.

Et primo, deffinitur Cura a dd hic vt ſit ius, ac poteſtas in capite libero, ad curandum illorũ negotia, qui propter imbecilitatem, conſilij rebus ſuis preeſſe nequeunt, iure ciuili data, ac permiſſa, diciturq; ad curandum negotia, quia curator datur preſertim rebus tutor vero præſertim perſonæ §. certæ ſupr. qui teſtam tut. dar. poſſ. Cura quid ſit. Differ. int. Curator. et tutorem.

Amplius vnica tantum eſt ſpecies Curæ, nempe datiua quæ a iudice, vel magiſtratu datur; cum regulariter curatores teſtamento dari non ſoleant, & ſi de facto dentur confirmandi ueniant a magiſtratu §. i. h. e. nec minus ad legitimam curam vocentur proximiores parentes, ſicut ad tutelam, ſed dentur a magiſtratu §. 2. h. e. l. 2. ff. d. cur. fur. Vna ſp̄es Curæ Datiua.

Curatores quibus dantur. Puberibus. Iuniore.

Tertio Curatores dantur primum puberibus, poſteaquam exierunt de tutela, vſq; ad viceſimum quintum annum §.i.h.e.niſi veniam ætatis impetrauerint maſculi poſt viceſimum, fœminæ poſt decimum octauum annum l.2.C.de his, qui ven ætat impet., & interim quæcumq; non poteſt, facere pupillus ſine tutoris autoritate, non poteſt, nec pubes abſq; autoritate curatoris, vt late diximus ſupra in tit.de autorit. tutor. Item dantur curatores furioſis, prodigis, alioue graui morbo laborantibus, etiam ſi maiores viginti quinque annis ſint §. furioſi h.e. Immo, dantur etiam impuberibus in duobus caſibus, quando ſ. eorum tutores, vel minus idonei ſunt, vel legitimo aliquo impedimento ad tempus excuſati § interdum cum ſeq. h.e quo caſu datur etiam quandoq; actor hoc eſt adiutor § fin. h. e. propter iuris regulam quod habenti tutorem tutor dari nequeat d.§ interdum h. e. quæ tamen regula fallit in ſex caſibus rellatis a gloſſ. ibidem in verbo dari.

Prodigis. Impuberibus in 2. casibus.

Quarto Curatores dantur ab hiis met magiſtratibus, & iudicibus, à quibus & tutores §. 1. verſ. dantur h. e. & de quibus dictum eſt ſupr. in tit. de atil. tut.

Ac demum illi met omnes curatores conſtituuntur, qui & tutores eſſe non prohibentur, vel non excuſantur, vt ſtatim videbimus in titulis infrapoſitis de excuſ. tut. & cur. & de ſuſpect. tutor. & curat.

IN TITVLVM DE SATISDATIONE TVTORVM ET CVRATORVM.

Super Rubrica.

SVperioribus tit. explicata ſunt ea, quæ ad tutores, & curatores particulariter ſpectant, his vero tribus poſterioribus exponuntur ea quæ vtriſq; communia ſunt ſ. quomodo ſatisdent,

tiſdent, quomodo ſe excuſent, & quando tanquam ſuſpe-
cti remoueantur, & primo de ſatiſdatione tut. & curat.
in hoc tit. & ff. rem pupilli ſaluam fore.

In Textum.

TRia vero circa hunc. tit. exploranda ſunt Quid ſi ſatiſdatio, & quomodo fiat, Qui tutores teneantur ſatiſdare, & quo ordine, Ac demum, quæ actiones competant pupillis uel minoribus ob damnum ſibi illatum a tutoribus & curatoribus.

Eſt autem ſatiſdatio, vt colligitur ex l i. ff. qui ſatiſdare coguntur cautio illa, per quam ſecurum reddimus aliquem ſtipulando, fideiubendo, iurando, vel pignora tradendo, licet ſatiſdatio tutoris, vel curatoris altero tantum de duobus modis fiat, ſtipulando. ſ. & fideiubendo ſimul, vel ſtipulando, & pignora tradendo ſimul. l. cum rem xi. cum ſeq ff. eod.

Secundo eum regulariter tutores, & curatores teneantur ſatiſdare ratione reddita in §. i. h e ne. ſ. minorum bona dilapidentur hoc fallit in tutoribus teſtamentariis, propter approbatam eorum fidem, & diligentiam a teſtatore, vt hic in d. §. i & l teſtamenta 17. ff. de teſtam. tut. fallit etiam in tutoribus, uel curatoribus datis a maioribus magiſtratibus cum inquiſitione de vita, moribus, & facultatibus ipſorum d. §. i. & l. i C. de tutorib. & curat. qui non ſatiſd. Ceterum vbi plures adſunt tutores alicuius pupilli, & expedit vnum tantum tutelam gerere, ille quidem admittendus eſt, qui vel cautius ſatiſdederit, vel qui iudicio teſtatoris, aut conſenſu aliorum contutorum, arbitrioue iudicis magis idoneus iudicatus fuerit §. 2. h. t. & l. 3 ff de adminiſ tut.

Tertio tandem pupillis uel minoribus ob ſibi illatam damnum a tutoribus, & curatoribus quatuor competunt actiones, Actio . ſ. tutelæ, qua tenentur tut & curat, ad om-

2 Actio de ration. distra-hendis | ne damnum dolo, latave, aut levi culpa illatum l. quicquid 7. C. arbitrium tutelæ. Actio de rationibus diſtrahendis, qua rerum ablatarum duplum reſtituunt l. i. ff. de tut & rationibus diſtrah. Actio furti ſi conſtet animo furandi ſubtraxiſſe l. 2 ff. eod. tit. & Actio ſubſidiaria, per quam non habente tutore, vel curatore aut fideiuſſore ipſorum in bonis, conueniuntur magiſtratus, qui eos dederunt, aut hæredes ipſorum, quod tamen procedit in magiſtratibus minoribus, non in maioribus §. penult., & ult. h. e. & l. i. ff. & C. de magiſtrat. conuen.

3 Actio furti

4 Actio subsidiaria

IN TITULUM

DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM ET CURATIONUM.

Super Rubrica.

CUM Tutela, & cura, tanquam publica munera inuitis etiam iniunguntur. §. i hoc. eod. l. p ff d. admin. tut certas hic excipit Imp. cauſas quibus, aliquando ab his muneribus excuſari licet, de quibus agitur etiam in tit. ff. , & C. de excuſ. tut. & cur.

In Textum.

TRia ſunt in hoc tit præcipue animaduertendæ, Quæ nam ſint excuſationis cauſæ, Quibus modis & temporibus, proponantur, & Quando propoſitæ non proſint.

Plures

Plures autem recenſentur cauſæ excuſationis, quarum vna eſt filiorum numerus, qui enim tres filios in Ciuitate, quatuor in prouincia, quinque in alienis prouinciis habet, excuſatur ſiue ſint maſculi, ſiue fœminæ, ſui, uel emancipati, ſiue etiam nepotes ex filio; dummodo tamen ſint naturales, & legitimi, nam adoptiui. aut naturales tantum non excuſant, ſicut nec excuſant filij naſcituri, uel mortui, præterquam ſi pro republica mortui ſint, vt hic in §. 1. & l. i. C. qui num. filior ſe excus, Alia cauſa eſt adminiſtratio rerum fiſci, & reipublicę §. item diuus. h. e l adminiſtrantes 44. ff eod. item abſentia reipublicæ cauſa §. item qui h. e., & tot. tit. C ſi tut. uel cur. reip. cauſ. abſ Item dignitas cum adminiſtratione, & poteſtate coniuncta, quæ a ſuſcipienda; non a ſuſcepta tutela. excuſat. §. & qui h e. & l. non tantum 20: ff. eod. Amplius & propter magnam litem quamquis cum pupillo habet § item propter h. e. licet hodie & propter minimam litem quis repellatur Auth minores C. qui dar. tut. poſ. Item propter numerum tutelarum, qui enim tres tutelas graues, trium diuerſorum patrimoniorum, uel vnam grauiſſimam habet, excuſatur ſecus ſi leues, uel affectatę ſint. §. item tria h. e. l ſi is, qui 34 ff eod & C. qui num. tut ſe excuſ. Item paupertas, qua quis propriis artibus viuere compellitur § ſed & propter h. e l. non tantum 20 ff. eodem; ſicut & infirmitas grauis, quę etiam d tutela ſuſcepta excuſat §. item propoter h. e. l. non ſolum 12. & l. unic C qui morb. ſe excuſ. Item litterarum Imperitia, & ruſticitas, niſi illiteratus in negotiis peragendis excelleret §. ſimiliter h. e. l athletę 8. ff eod Amplius Inimicitia capitalis cum pupillo, uel eius patre §. item ſi propter h e. & prædicta l. athleta, quę ceſſat ſi fuerit ſecuta reconciliatio. Alia item eſt grauis iniuria, quam quis paſſus eſt a patre pupilli § item 15. h. e. item ætas, uel maior ſeptuaginta annis, uel minor uigintiquinq; §. item maior h e & l. unic. C qui ætate ſe excuſant Item militia, adeo ut nec uolens miles admittatur § idem h. e. niſi in

caſtris

caſtris l. propter. 26. ff. eod; quod trahitur etiam ad milites cœleſtis militiæ nempe, Clericos, uel Monacos, licet Clerici uolentes admittantur l. generaliter, cum auth. ſeq C. eod. Accedit publicum docendi munus, uel medendi §. item Romæ h. e & l. ſi duas 6. ff. eod. cum aliàs Iuriſconſulti tanquam apprimè idonei non excuſentur ſicut philoſophi ut pote maxime ſuſpecti non admittantur L. in honoribus 8. § philoſophis ff. de uac. & excuſ mun. Item, qui alicuius pupilli tutellam geſſit, eiuſdem maioris facti curam gerere non compellitur § qui tutelam h. e. l. curator C. eod. Ac demum maritus vxoris, vel ſponſus ſponſæ curam, uel tutelam gerere non permittitur §. iidem h. e. l. i. in fin. ff eod.

Quo ad ſecundum, excuſationis cauſa coram iudice non ſolum proponenda, ſed & probanda eſt; ita tamen, ut qui vnam non probauerit poſſit aliam denuo proponere. §. qui autem uult h. e. dummodò id intra ſtatuta tempora fecerit, quæ ſunt quinquaginta dierum illis, qui per vnum vſq; ad centum milliaria diſtant, cum ulterius diſtantes habeant amplius unum diem pro quibuſcumq; uiginti milliaribus §. qui autem h. e. & l quinquaginta 41. ff eod.

Demum qui, falſis propoſitis cauſis, excuſationem a cura, uel tutela obtinuerit, detecta falſitate ad eas ſuſcipiendas denuo compellitur §. fin. h. e. & l. i C ſi tut, uel. cur falſ. alleg. excuſ.

I N

IN TITVLVM DE SVSPECTIS TVTORIBVS ET CVRATORIBVS:

Super Rubrica.

DIctum eſt ſuperiori tit. qui tamquam legitime Impediti à tutelæ, & curæ miniſterio excuſentur hoc uero poſteriori tit. agitur, qui tanquam ſuſpecti, ab eodem remoueantur, de qua materia adſunt tituli ff. & C. eod.

In Textum.

QVinque uero ad huius tit. interprętationem conferunt, Vnde crimen ſuſpecti tutoris deſcendat, Qui de huiuſmodi crimine Iudicare, Qui accuſari, Quiue accuſare poſſint Ac demum quæ in hoc crimine pœnæ a legib ſtatutę ſint.

Circa primum ſuſpecti tutoris crimen, eiuſq; accuſatio a legibus duodecim tabularum manauit § h.e.& l p ff eod.

Cognoſcunt autem de huiuſmodi crimine, ac per conſequens ſuſpectos tutores remouent,& puniunt in Ciuitate Prætores,in prouincijs Præſides,vel legati proconſulis §.2.h.e prędicta l.i.ff eod.

Tertio omnes tutores cuiuſcumq; generis, ſiue teſtamentarij,ſiue legitimi,& datiui tanquam ſuſpecti remoueri, & puniri etiam poſſunt,§. oſtendimus h.e. ſuſpecti autem tutores,

tores,uel curat. dicuntur,qui non ex fide tu[illegible] ue gerunt licet aliàs diuites,& ſoluendo ſint §. ſuſpectus il primo h.e in tutoribus enim fides,& mores potius quã diuitiæ ſpectandę ſunt § fin h.e.& l ſuſpectum 8. ff eod. ideo tutor latitans, uel negans alimenta pupillo, incidit in ſuſpitionem, adeo ut poſſit pupillus ad eius cautionẽ mitti in poſſeſſionem bonorum ipſius tutoris,& interim alius dari curator §. ſi quis tutor, cum ſeq.h.e.& l. 2.& 3 ff. eod idem eſt in tutore,qui pecunia tutelam ſibi comparauit d.§.ſi quis.

Quarto cum accuſatio hęc de ſuſpecto ſit quaſi publica, ideo competit ferè omnibus perſonis tam conſanguineis; quã extraneis, & tam maſculis; quam fœminis, quæ propenſa pupillorum pietate, ductę ſexus uerecundiam non egredi untur §. conſequens h. e l.i.ff eod. non autem competit pupillis ipſis propter imbecilitatem conſilii,ſicut competit puberibus cum conſilio neceſſariorum §. impuberes h. e. & l impuberibus 7.ff. eod.

Demum ſicut tutores,& curat. quaſi ſuſpecti poſſunt, & ante adminiſtrationem ſimpliciter remoueri § ſuſpectus h e. Ita cum uere ſuſpecti apparent poſſunt non ſolum remoueri,ſed etiam puniri pęna uel criminali, ut cum de dolo in tutela commiſſo accuſantur, quo caſu ultra alias pœnas arbitrarias iudicum infamantur, uel ciu li, ut cum ob negligentiam, & ſegnitiem in ius uocati ad refectionem damni mulctantur,interimq; pendente iudicio interdicitur eis adminiſtratio §.ſuſpectus il 2.cum ſeq. h.e.& l.fin.C eod quibus omnibus ſatis conſonat ſententia Platonis in undecimo de legibus, dum defunctorum parentũ animas ſuſpectis, & prauis tutoribus continuo infeſtas ac inimicas eſſe arbitratur. Et ex his totius huius libri, ac adeo uniuerſi perſonarum tractatus interpretatio abſoluta ſit.

EPITOME LECTIONVM

OCTAVII LIVELLI

In Secundum Librum.

INSTITVTIONVM.

IN TITVLVM

DE RERVM DIVISIONE, ET ACQVIrendo ipſarum dominio.

Super Rubrica.

C*Vm triplex ſit ſubiectum Iuriſprudentię; Perſonæ ſres, & actiones, § fin. ſupr. de iur nat gen., & ciuili; cumq; de perſonis, quarum gratia res, & iura ipſa condita ſunt, ſuperiori libro dictum ſit, ſequitur dicendum de rebus, §. i. h e., Quarum appellatione non ſolum res omnes tam corporales, quam incorporales continentur l. nominis & rei 6. ff. de verb. ſign.; ſed etiam ſeruiles perſonæ, quæ inter bona computantur, l omnia in fin 32. ff. de leg. 2. Et cum res omnes dupliciter conſiderentur vel in ſe ipſæ, vel in relatione ad perſonas, quarum dominio acquiruntur; meritò inſcribitur rubrica De rerum diuiſione, & de acquirendo ipſarum dominio, de qua materia ſeparatim agitur in duobus tit. ff. de rerum diuiſ.; & de acquir. rerum dominio.*

In Textum.

TRactaturus Imp. de rebus, ommiſſa earum diffinitione, quę propter multiplicem rerum naturam, & differentias vix commode aſſignari poſſet, Duplicem affert, in priori parte huius tit. diuiſionem rerũ, afferens in poſteriori multiplicem modũ nĩ earum dominium acquirendi.

Primũ autem, & generalior diuiſio rerum eſt. Quod omnes res, vel in patrimonio nõ dominio, ſiue commercio noſtro sũt, vel extra §. 1. h. e.

Secunda diuiſio, quæ poſius ſubdiuiſio prioris diuiſionis cenſeri debet, eſt Quod omnes res, quæ extra patrimonium noſtrum eſſe dicuntur, vel communes, vel Publicæ, vel Vniuerſitatis, vel nullius ſunt, illæ vero, quæ in patrimonio ſunt ſingulorum eſſe dicuntur d. §. 1. h. e. & l. 2 ff. eod.

Et primò Communia dè iure gentium dicuntur ea, quorum vſus omnibus patet hominibus, proprietas vero, vel nullius eſt, vel Regum, & Principum terræ, veluti ſunt Aer, Pluuia, Mare, Littus maris, & Deſertus terræ, in quibus, paſci venari, & piſcari licet dummodo ab ædificiis ibidem conſtructis abſtineatur. §. & quidem & §. littorum h e c. i. verſ. illum extr. de verb ſignific. & l. deprecatio 9. ff. ad legem Rhodiam de iactu.

Publica pariter da iure gent. dicuntur ea, quorum vſus communis eſt omnibus, proprietas vero eorum, qui propè habent prædia, vt Flumina, portus, ripæue ipſorum, in quibus ius piſsandi, nauigandi, & naues adligandi quicumq; habet; licet arbores ibidem natæ proprietarÿs debeantur §. flumina cum duobus ſeq. h. e. vbi animaduertendum eſt, quod ſicut littus maris dicitur ſpacium illud, quo hybernus fluctus latius excurrit; ita ripę fluminum dicuntur illæ, quibus fluentes aquæ continentur d § flumina & § littorum h. e., & l. prima ff. de fluminibus, quibus locis commune, & publicum ſæpius confunduntur

Vniuerſitatis ea eſſe dicuntur, quorum vſus communis eſt omnibus alicuius ciuitatis, proprietas vero, dominorum ciuitatis,

tis,

tis, vt forum, plateæ, theatrum & viæ §. vniuerſitatis h.e. quæue quandoq; in iure publica appellantur l. inter publica 17. ff de verb. ſign.

Nullius hominis eſſe dicuntur ea, quæ a dominio hominum ad Dei cultum, ciuitatiſq; commodum translata ſunt, vt res ſacbræ religioſæ, & Sanctæ §. nullius h.e. ſacbræ autem dicuntur quæ per Pontifices, & Epiſcopos rite Deo conſecratæ ſunt; vt ædes, vaſaue ſacbra, quæ alienari, obligariue prohibentur exceptis caſibus rellatis a gloſſ in §. ſacbræ in verbo excepta h.e. Religioſa loca dicuntur vbi corpus, vel caput fidelis hominis humatum eſt, conſentiente proprietario, & vſufructario locorum, quæue ſi inde transferātur, deſinunt eſſe religioſa § religioſum h.e. l. cum in diuerſis 44. ff. de religioſis, & ſumpt. fun. Sanctæ demum res ſunt, quæ ab iniuria hominum publica ſanctione defenduntur, vt mœnia, portæue ciuitatum, leges, ac legati publici §. Sanctæ h e. l. fin. ff. de legation; quæ etiam publica dici poſſunt, quatenus publico vſui inſeruiunt, ſunt, & alia genera rerum, quæ lato vocabulo in nullius bonis eſſe dicuntur, quæ proſequitur Gloſſ in § feræ in verbo ſimul h. e.

Singulorum tandem hominum res illæ dicuntur, quæ dominio, & patrimonio priuatorum ſubiciuntur vel de iure gentium, vt late docet Imp. in reſiduo huius tit., vel de iure ciuili, vt latius in aliis ſequent. tit. Dominium vero nil aliud eſt ex Bart in l. ſi quis ff. de acq. poſſ. quam ius de re aliqua perfecte diſponendi, aut vendicandi, niſi lege, aut conuentione prohibeatur.

Acquiritur autem dominium, & poſſeſſio rerum de iure gent. pluribus modis, quos refert Imp. in poſteriori parte huius tit.; Quorumue vnus eſt. per occupationem, quicquid enim in nullius bonis eſt, vel natura, vel diuturnitate temporis, vel facto hominis occupanti conceditur § feræ, §. pauonum, & §. pennæ h. e. ſecus eſt in illis, quæ in nullius bonis ſunt voto, morte, aut lege, vt exemplificat Gloſſ. in d. §. feræ in verbo ſimul; Cum autem feræ animalia in nullius bonis ſint efficiuntur capientium, ſiue in proprio, ſiue in alieno fundo aut

 flumine

flumine capiantur, eorumq; permanent, donec conſpectum ipſorum euaſerint; ac in priſtinam libertatem ſe receperint, quod tamen procedit in ijs, quæ natura fera ſunt vt volucres, piſces, Apes, Leones vrſi d §. fere cum duob. ſeq. quod ſi natura fera, ſed induſtria manſueta ſint, vt pauones, columbæ cerui, tamdiu permanent capientium, quandium reuertendi animum, & conſuetudinem depoſuerint, §. pauonum, h e. ſicut ſi natura manſueta ſint, vt gallinæ, anſeres, equi, boues, nunquam deſinunt eſſe noſtra, nec per conſequens efficiuntur capientium, quos immo tenet furti pœna § gallinarum h.e. & l. naturalem .ff eod.

Secundus modus acquirendi dominium eſt per captiuitatem, omnia namq; mobilia, ſiue ſe mouentia, & perſonæ ipſæ in publico, & Iuſto bello, cum infidelibus captę efficiuntur capientium, donec ad ſuos reuerſæ priſtinum ſtatum recuperauerint § item ea h e. Bart in l. hoſtes. ff. de uerb. ſign. quod nō procedit in rebus immobilibus, quæ efficiuntur principum, & regum l. ſi captiuus 20. ff de captiuis, & poſtl. reuerſ.

Tertius eſt per inuentionem, adeo vt inuenta in littore maris, vel alio communi loco, & apprehenſa efficiantur tanquam in nullius bonis natura, ipſorum inuenientium. vt gemmæ & lapilli §. item lapilli h.e.

Quartus eſt, per procreationem, quicquid enim ex ancilis, uel animantibus noſtris, vel bona fide poſſesſis procreatur noſtrum fit §. item ea h.e. & l. bonefidei. 48 ff. eod.

Quintus per alluuionem, quæcumq; enim publica flumina ex alienis agris in noſtris paulatim, & latenter intullerint noſtra fiunt, eſt enim alluuio incrementum latens; ſecus eſt ſi repentino Impetu arbores, glebaſue tranſportauerint, permanent. enim priorum dominorum, donec illi paſſi fuerint arbores radices agere, vel glebas conſolidari fundis noſtris, §. prętereæ h.e. & l. adeo 7 .ff .eod.

Acquiritur & ſexto rerum dominium, per vicinitatem, inſula namque nata in flumine efficitur, illorum, qui viciniora habent prędia, pro modo latitudinis cuiusquumq; prædij. quod etiam procedit in alueo a flumine derelicto, ſecus eſt in inſu-

la

la nata in mari, quæ cum in nullius bonis ſit efficitur occupã tis quo ad uſum, & ſecus eſt de inundatione agrorum, per quam non efficitur ager publicus; quemadmodum fit per cur ſum continuum fluminis. § prçterea, cum duobus ſeq h. e. & d.l adeo 7. ff. eod.

Septimo acquiritur per ſpecificationem, qui enim ex aliena ma-teria, uel partim ex ſua partimve ex aliena compoſitum fe-cerit, quod ad priſtinam formam redigi nequeat, efficit com poſitum ſuum, cum onere tamen ſoluendi domino çſtimationẽ materiæ; §. cum ex aliena, cum ſeq. h. e.

Octauo, per acceſſionem, ſi quis namq; alienum aurum, & gem-mas, veſtimentis ſuis adhibuerit efficit illa ſua propter regu lam quod acceſſorium cedit principali ſalua tamen çſtimatio ne domino, niſi dolo & fraude adhibita ſint, competit nanq; domino actio furti § ſi tamen h. e.

Nono per ſimplicem confuſionem rerum meæ, & alienæ, quæ ſi facta ſit communi conſenſu, confuſum efficitur commune, ſi dolo meo, totum efficitur alterius, ſi bona fide, totum effici-tur, meum, cum onere ſoluendi çſtimationum §. ſi duorum cũ ſeq. h e.

Decimo per çdificationem, adeo, ut ſi quis ex aliena materia in fundo ſuo ædificet bona fide, credens materiam eſſe ſuam, ef ficit pariter çdificium ſuum ſalua domino æſtimatione ſi ma la fide, tenetur actione furti, & actione de tigno iniuncto ad duplum, ex aduerſo ſi quis ex propria materia in alieno fun do ſciens ædificet cenſetur donare domino fundi ædificium, ſi ignorans non tenetur cedere domino fundi ædificium, niſi ſo-luta ſibi æſtimatione materię, & operum §. cum in ſuo cum ſeq. h e. & predicta l. Adeo.

Acquiritur undecimo per plantationem arborum, uel perſatio-nem ſeminum, quæ utiq; cedunt ſolo, ſicut ædificia, & acqui-runtur domino ſoli, cum onere, præſtandi æſtimationem, ſi bo na fide plantata, & ſata ſint §. ſi Titius cum ſeq h. e.

Duodecimo per ſcripturam, vel picturam, quibus tanquam dignioribus cedit charta, & tabula, licet olim ſecus eſſet in, ſcriptum, quæ cedebat chartę, propter maximum ipſius ebar

tæ pretium § litteræ cum ſeq. h. e.

Decimo tertio, per poſſeſſionem rerum alienarum bona fide habitam acquirit ſibi poſſidens omnes fructus perceptos. ſecus eſt in mala fide poſſidente § ſi quis h e Idem eſt in uſufructuario, qui ſibi acquirit fructus tantum perceptos, adeo ut ſi interim moriatur non tranſmittat fructus pendentes ad hæredes, cuius contrarium euenit in conductore, qui etiam fructus pendentes ad hęredes tranſmittit §. is vero h. e. & in ratione fructuum ueniunt fœtus animalium; non autem fœtus ancillarum, cum teneatur etiam uſufructuarius gregis in locum demortuorum capitum alia ſummittere § in pecudum h e.

Decimo quarto acquiritur dominium per inuentionem theſauri cuius dimidium eſt inuentoris, & dimidium domini loci ubi iuuentus eſt, ſi id caſu acciderit, ſecus ſi data opera quia totus domini loci efficitur, §. theſaurus h e. Eſt autem Theſaurus, quaſi tectum aurum, pecunia ſiue res tanto tempore abſcondita ab ignotis dominis, ut nulla ſubſit ipſius memoria l. unica C. de theſauris lib. x. cum etiam donum fortunæ dicatur l. ſi is. 63 ff. eod.

Decimoquinto per traditionem rei propriæ ex aliqua iuſta cauſa factam, ut donationis, & dotis & uenditionis acquiritur accipienti dominium rei traditæ §. per traditionem h. e. dumodo emptor prius ſoluerit precium § uenditę h. e. quod procedit non ſolum in traditione, uera, & reali, ſed etiam in ficta, ut in eo, qui prius rem alicui commodatam eidem uendit, fingitur enim denuo tradere, uel in eo qui claues mercium tradit, cenſetur namq; tradere merces ipſas, §. interdum, cum ſeq h. e.

Acquiritur demum dominium, per apprehenſionem rerum, & pecuniæ in uulgus proiectæ, licet proijciens ignoret, quis eas apprehenſurus ſit, cum ea pro derelicto habeat § penult. h. e. Quod non euenit in his, quæ tempeſtatis cauſa de naui eijciuntur, uel quæ fortuito de curru cadunt, cum hæc pro derelicto non habeantur § fin. h. e.

IN TITVLVM DE REBVS CORPORALIBVS, & incorporalibus.

B Inas attulit ſuper tit. Imp. diuiſiones rerum, ex accidentibus ipſarum deſſumptis, nunc tertiam affert ex earumdem ſubſtantia depromptam, dum ſtatuit omnes res aut corporales, aut incorporales eſſe ut hic & l. 1. ff eod corporales res ſunt, quę materia prȩditæ ſunt, quæq; ſenſibus ſubiciuntur, ut domus fundus pecunia equus; incorporales uero, quæ licet materię, & corpori inſint ab his tamen iuris quadam abſtractione ſciunguntur intellectuq; percipiuntur, ut ſeruitus, uſusfructus, hæreditas, obligatio, & huiuſmodi, de quibus in ſequentibus tit. & libris diffuſe pertractatur.

IN TITVLVM DE SERVITVTIBVS PRAEDIORVM.

Super Rubrica.

Q Voniam rerum corporalium, quę adſenſum patent, planiſſima eſt cognitio; Incorporalium uero, quæ intellectu percipiuntur, unde difficilis, & obſcura, merito ommiſſa prima, proſequitur Imp. ſecundam, agens æ rebus incorporalibus, & primum de ſeruitutibus in hoc tit., cum duobus ſeq. & ff & C. de ſeruitutibus cum pluribus ſeq tit.

In Textum.

A D hæc autem tria uniuerſa huius, materiæ, huiuſq; tit. cògnitio redigitur, Quid ſit ſeruitus, Quotuplex, Quomodo acquiratur, amittaturue.

In primis uero animaduertendum eſt ſeruitutis nomen æquiuoquum

quum eſſe, capitur enim quandoq; pro ſtatu ſeruili, unde ſerui dicuntur, ut in tit. ſupra de iure perſonarum, quandoq; uero pro iure, quod quis habet in re aliena utendą, fruendaue, ſalua domino ſubſtantia, ſic enim deffinitur ſeruitus illa, de qua hic agitur & in duobus ſeq tit.

Quæ ue duplex eſt, Alia realis, de qua in hoc ipſo tit. Alia perſonalis, de qua in duobus ſeq. Realis ſeruitus dicitur illa, quæ debetur a re rei, a qua ſeiungi nequit, ad eas omnes perſonas tranſiens, ad quas tranſeunt res ipſæ § .ideo h e. & hęc iterum duplex eſt Alia ruſticorum prædiorum, & alia urbanorum, Ruſticorum prædiorum ſeruitus eſt illa, quae in prædiis ruſticis conſtituitur, dicitur autem prædium ruſticum, quicumq; locus non ędificatus etiam in urbe; qui igitur habet iter, actum, uiam, acqueductum, & huiuſmodi per fundum uicini ad fundum ſuum, dicitur habere ſeruitutem in fundo uicini, non ratione ſui ipſius, ſed ratione fundi, cui hæc ſeruitus perpetuo debetur; adeo ut in quacunq; ſeruitute reali ſemper conſiderentur duo pręedia, alterum dominans, alterum ſeruiens, ut colligitur ex § i. h e., ubi etiam Imp. docet iter eſſe ius eundi & ambulandi hominis, pedeſtris, uel equeſtris, non etiam agendi iumenti, uel uehiculi, Actum eſſe ius, ducendi etiam iumentum, uel uehiculum, uiam ius trahendi etiam trabes, & rectam ferendi haſtam, cuius latitudo ſit octo pedum in directum, ſexdecim in vnfractum l. uiæ 8. ſ. eod. Acqueductus tandem ius acquæ perpetuæ ducendę ut hic in § .i Vrbanorum Prędiorum ſeruitus eſt, quæ in prędiis urbanis conſiſtit prædium autem urbanum appellatur quodcumq; ædificium ad habitandum etiam in rure ſitum, ueluti ut uicini domus ſubſtineat parietem, trabemue domus meæ, eiuſue ſtilicidia recipiat in ædes, Aream, uel cloacam, uel quod uicinus non poſsit altius tollere domum ſuam, ne officiat luminibus domus meæ § .prædiorum h.e

Demum acquiritur ſeruitus emptione, donatione ſtipulatione ultima uoluntate, uel pręſcriptione decem inter preſentes, uigintiue annorum inter abſentes, §. fin. h. e l. fi. C. de pręſcript.

præſcript,long tem;ſicut ex aduerſo amittitur ſeruitus per libertatem acquiſitam pariter emptione,donatione ſtipulat;vltima uoluntate, præſcriptione,aut rei interitu ,cum nihil tam naturale ſit,quam vnumquodq; diſſolui eo modo, quo ligatum eſt l.nihil ff de reg.iur uel etiam confuſione , vt cum vterq; fundus unius domini factus fuerit.l.i ff quemmad.ſeru amit.

IN TITVLVM
DE VSVFRVCTV.

Super Rubrica.

ABſoluto tractatu ſeruitutum realium ; tractat nunc Imp.de perſonalibus,quæ tres ſunt, Vſusfructus, vſus,& habitatio, & primo de Vſufructu in hoc tit. cui concordat tit. ff. & C. de vſufructu cum ſequentibus.

In Textum.

QVinque ſunt in hoc tit.obſeruanda, Quid Vſusfructus, Quotuplex,in quibus rebus conſiſtit, Quomodo conſtituatur& quomodo finiatur.

Vſufr. ſicut & aliæ ſeruitutes eſt ius alienis rebus vtendi,fruendi ne , ſalua rerum ſubſtantia,ut hic in § .i.& l.i ff eod.

Quod intelligitur de vſufructu vero & formali a proprietate ſeiuncto , quod idem eſt cum dominio vtili , ſicut proprietas idem eſt cum dominio directo,& quæ ſic deffinitur,vt ſit ius de re aliqua perfecte diſponendi,aut vendicandi, ſaluo alteri vſufructu,vt colligitur ex Bart. in l. ſi quis vi 17 ff.de acq. poſſ. veluti ſi teſtator leget alicui uſumfructum fundi,proprietas,& dominium directum illius remanet apud hæredem,qui ciuiliter, & fictè tantum poſſidere dicitur;Vſusfructus uero, & dominium vtile tranſit ad legatarium,qui naturaliter,& vere fundum poſſidet,ac fructus percipit §.2 h. e. Cæterum vſusfructus , quem uocant cauſalem h s coniunctum cum ſua cauſa,nempe cum proprietate impropriè dicitur vſusfructus ſed potius eſt dominium plenum,& abſolutum.

Præterea cum vſusfructus ſit ius in corpore, quo ſublato & ip-

tores, uel curat. dicuntur, qui non ex fide tutelam, curatio-ne gerunt licet aliàs diuites, & ſoluendo ſint §. ſuſpectus il primo h.e in tutoribus enim fides, & mores potius quã diuitiæ ſpectandę ſunt § fin h.e. & l ſuſpectum 8. ff eod. ideo tutor latitans, uel negans alimenta pupillo, incidit in ſuſpitionem, adeo ut poſſit pupillus ad eius cautionẽ mitti in poſſeſſionem bonorum ipſius tutoris, & interim alius dari curator §. ſi quis tutor, cum ſeq. h.e. & l. 2. & 3 ff eod idem eſt in tutore, qui pecunia tutelam ſibi comparauit d. §. ſi quis.

Quarto cum accuſatio hęc de ſuſpecto ſit quaſi publica, ideo competit ferè omnibus perſonis tam conſanguineis; quã extraneis, & tam maſculis; quam fœminis, quæ propenſa pupillorum pietate, ductę ſexus uerecundiam non egredi untur §. conſequens h. e l. 1. ff eod. non autem competit pupillis ipſis propter imbecilitatem conſilii, ſicut competit puberibus cum conſilio neceſſariorum §. impuberes h. e. & l impuberibus 7. ff. eod.

Demum ſicut tutores, & curat. quaſi ſuſpecti poſſunt, & ante adminiſtrationem ſimpliciter remoueri § ſuſpectus h e. Ita cum uere ſuſpecti apparent poſſunt non ſolum remoueri, ſed etiam puniri pęna uel criminali, ut cum de dolo in tutela commiſſo accuſantur, quo caſu ultra alias pœnas arbitrarias iudicum infamantur, uel ciuili, ut cum ob negligentiam, & ſegnitiem in ius uocati ad refectionem damni mulctantur, interimq; pendente iudicio interdicitur eis adminiſtratio §. ſuſpectus il 2. cum ſeq. h.e. & l. fin. C. eod quibus omnibus ſatis conſonat ſententia Platonis in undecimo de legibus, dum defunctorum parentũ animas ſuſpectis, & prauis tutoribus continuo infeſtas ac inimicas eſſe arbitratur. Et ex his totius huius libri, ac adeo uniuerſi perſonarum tractatus interpratatio abſoluta ſit.

EPITOME LECTIONVM
OCTAVII LIVELLI
In Secundum Librum.

INSTITVTIONVM.

IN TITVLVM

DE RERVM DIVISIONE, ET ACQVIrendo ipſarum dominio.

Super Rubrica.

C*Vm triplex ſit ſubiectum Iuriſprudentię; Perſonæ ſ. res, & actiones, § fin. ſupr. de iur nat gen., & ciuili; cumq; de perſonis, quarum gratia res, & iura ipſa condita ſunt, ſuperiori libro dictum ſit, ſequitur dicendum de rebus, §.i.h e., Quarum appellatione non ſolum res omnes tam corporales, quam incorporales continentur l. nominis & rei 6. ff. de verb. ſign.; ſed etiam ſeruiles perſonæ, quæ inter bona computantur, l omnia in fin 32. ff. de leg. 2. Et cum res omnes dupliciter conſiderentur vel in ſe ipſæ, vel in relatione ad perſonas, quarum dominio acquiruntur; meritò inſcribitur rubrica De rerum diuiſione, & de acquirendo ipſarum dominio, de qua materia ſeparatim agitur in duobus tit. ff. de rerum diuiſ.; & de acquir. rerum dominio.*

In Textum.

TRactaturus Imp. de rebus, ommiſſa earum diffinitione, quę propter multiplicem rerum naturam, & differentias vix commode aſſignari poſſet, Duplicem affert, in priori parte huius tit. diuiſionem rerũ, afferens in poſteriori multiplicem modũ m earum dominium acquirendi.

Prima autem, & generalior diuiſio rerum eſt. Quod omnes res, vel in patrimonio h. dominio, ſiue comercio noſtro sũt, vel extra §. 1. h. e.

Secunda diuiſio, quæ potius ſubdiuiſio prioris diuiſionis cenſeri debet, eſt Quod omnes res, quæ extra patrimonium noſtrum eſſe dicuntur, vel communes, vel Publicæ, vel Vniuerſitatis, vel nullius ſunt, illæ vero, quæ in patrimonio ſunt ſingulorum eſſe dicuntur d. §. 1. h. e. & l. 2. ff. eod.

Et primò Communia de iure gentium dicuntur ea, quorum vſus omnibus patet hominibus, proprietas vero, vel nullius eſt, vel Regum, & Principum terræ, veluti ſunt Aer, Pluuia, Mare, Littus maris, & Deſertus terræ, in quibus, paſci venari, & piſcari licet dummodo ab ædificiis ibidem conſtructis abſtineatur, §. & quidem & §. littorum h e c. i. verſ. illum extr. de verb ſignific. & l. deprecatio 9. ff. ad legem Rhodiam de iactu.

Publica pariter da iure gent. dicuntur ea, quorum vſus communis eſt omnibus, proprietas vero eorum, qui propè habent prædia, vt Flumina, portus, ripæue ipſorum, in quibus ius piſsandi, nauigandi, & naues adligandi quicumq; habet; licet arbores ibidem natæ proprietariys debeantur §. flumina cum duobus ſeq. h. e. vbi animaduertendum eſt, quod ſicut littus maris dicitur ſpacium illud, quo hybernus fluctus latius excurrit; ita ripę fluminum dicuntur illæ, quibus fluentes aquæ continentur d § flumina & § littorum h. e., & l. prima ff. de fluminibus, quibus locis commune, & publicum ſæpius confunduntur

Vniuerſitatis ea eſſe dicuntur, quorum vſus communis eſt omnibus alicuius ciuitatis, proprietas vero, dominorum ciuitatis,

tis, vt forum, plateæ, theatrum & viæ §. vniuerſitatis h.e. queue quandoq; in iure publica appellantur l. inter publica 17. ff de verb. ſign.

Nullius hominis eſſe dicuntur ea, quæ a dominio hominum ad Dei cultum, ciuitatisq; commodum translata ſunt, vt res ſacbræ religioſæ, & Sanctæ §. nullius h.e. ſacbræ autem dicuntur quæ per Pontifices, & Epiſcopos rite Deo conſecratæ ſunt; vt ædes, vaſaue ſacbra, quæ alienari, obligariue prohibentur exceptis caſibus rellatis a gloſ. in §. ſacbræ in verbo excepta h.e. Religioſa loca dicuntur vbi corpus, vel caput fidelis hominis humatum eſt, conſentiente proprietario, & vſufructario locorum, quæue ſi inde transferãtur, deſinunt eſſe religioſa § religioſum h.e. l. cum in diuerſis 44. ff. de religioſis, & ſumpt. fun. Sanctæ demum res ſunt, quæ ab iniuria hominum publica ſanctione defenduntur, vt mœnia, portæue ciuitatum, leges, ac legati publici §. Sanctæ. h e. l. fin. ff. de legation; quæ etiam publica dici poſſunt, quatenus publico vſui inſeruiunt, ſunt, & alia genera rerum, quæ lato vocabulo in nullius bonis eſſe dicuntur, quæ proſequitur Gloſſ in § feræ in verbo ſimul h.e.

Singulorum tandem hominum res illæ dicuntur, quæ dominio, & patrimonio priuatorum ſubiciuntur vel de iure gentium, vt late docet Imp. in reſiduo huius tit., vel de iure ciuili, vt latius in aliis ſequent. tit. Dominium vero nil aliud eſt ex Bart in l. ſi quis ff. de acq. poſs. quam ius de re aliqua perfecte diſponendi, aut vendicandi, niſi lege, aut conuentione prohibeatur.

Acquiritur autem dominium, & poſſeſſio rerum de iure gent. pluribus modis, quos refert Imp. in poſteriori parte huius tit.; Quorumue vnus eſt. per occupationem, quicquid enim in nullius bonis eſt, vel natura, vel diuturnitate temporis, vel facto hominis occupanti conceditur § feræ, §. pauonum, & §. penult. h.e. ſecus eſt in illis, quæ in nullius bonis ſunt voto, morte, aut lege, vt exemplificat Gloſſ. in d. §. feræ in verbo ſimul; Cum autem feræ animalia in nullius bonis ſint efficiuntur capientium, ſiue in proprio, ſiue in alieno fundo aut

flumine capiantur, eorumq; permanent, donec conſpectum ipſorum euaſerint; ac in priſtinam libertatem ſe receperint, quod tamen procedit in ijs, quæ natura fera ſunt vt volucres, piſces, Apes, Leones vrſi d §. fere cum duob. ſeq. quod ſi natura fera, ſed induſtria manſueta ſint, vt pauones, columbæ cerui, tamdiu permanent capientium, quandium reuertendi animum, & conſuetudinem depoſuerint, §. pauonum, h e. ſicut ſi natura manſueta ſint, vt gallinæ, anſeres, equi, boues, nunquam deſinunt eſſe noſtra, nec per conſequens efficiuntur capientium, quos immo tenet furti pœna § gallinarum h. e. & l. naturalem . ff eod.

Secundus modus acquirendi dominium eſt per captiuitatem, omnia namq; mobilia, ſiue ſe mouentia, & perſonæ ipſæ in publico, & Iuſto bello, cum infidelibus captę efficiuntur capientium, donec ad ſuos reuerſæ priſtinum ſtatum recuperauerint § item ea h e. Bart in l. hoſtes. ff. de uerb. ſign. quod nō procedit in rebus immobilibus, quæ efficiuntur principum, & regum l. ſi captiuus 20. ff de captiuis, & poſtl. reuerſ.

Tertius eſt per inuentionem, adeo vt inuenta in littore maris, vel alio communi loco, & apprehenſa efficiantur tanquam in nullius bonis natura, ipſorum inuenientium. vt gemmæ & lapilli § item lapilli h. e.

Quartus eſt, per procreationem, quicquid enim ex ancilis, uel animantibus noſtris, vel bona fide poſſesſis procreatur noſtrum fit §. item ea h. e. & l. bonefidei. 48 ff. eod.

Quintus per alluuionem, quæcumq; enim publica flumina ex alienis agris in noſtris paulatim, & latenter intullerint noſtra fiunt, eſt enim alluuio incrementum latens; ſecus eſt ſi repentino Impetu arbores, glebaſue tranſportauerint, permanent. enim priorum dominorum, donec illi paſſi fuerint arbores radices agere, vel glebas conſolidari fundis noſtris, §. pręterea h. e. & l. adeo 7 . ff eod.

Acquiritur & ſexto rerum dominium, per vicinitatem, inſula namque nata in flumine efficitur, illorum, qui viciniora habent prędia, pro modo latitudinis cuiusquumq; prædij. quod etiam procedit in alueo a flumine derelicto, ſecus eſt in inſu-

la

la nata in mari,quæ cum in nullius bonis ſit efficitur occupã tis quo ad uſum,& ſecus eſt de inundatione agrorum, per quam non efficitur ager publicus;quemadmodum fit per curſum continuum fluminis.§ prœterea,cum duobus ſeq b. e.& d.l adeo 7.ff.eod.

Septimo acquiritur per ſpecificationem,qui enim ex aliena materia,uel partim ex ſua partimve ex aliena compoſitum ſecerit,quod ad priſtinam formam redigi nequeat, efficit compoſitum ſuum,cum onere tamen ſoluendi domino œſtimationẽ materiæ;§. cum ex aliena,cum ſeq.h.e.

Octauo,per acceſſionem,ſi quis namq; alienum aurum,& gemmas,veſtimentis ſuis adhibuerit efficit illa ſua propter regulam quod acceſſorium cedit principali ſalua tamen œſtimatione domino,niſi dolo & fraude adhibita ſint, competit nanq; domino actio furti § ſi tamen h.e.

Nono per ſimplicem confuſionemrerum meæ, &alienæ, quæ ſi facta ſit communi conſenſu , confuſum efficitur commune, ſi dolo meo,totum efficitur alterius, ſi bona fide, totum efficitur, meum,cum onere ſoluendi œſtimationum §. ſi duorum cũ ſeq.h e.

Decimo per œdificationem,adeo, ut ſi quis ex aliena materia in fundo ſuo ædificet bona fide , credens materiam eſſe ſuam,efficit pariter œdificium ſuum ſalua domino æſtimatione ſi mala fide,tenetur actione furti,& actione de tigno iniuncto ad duplum,ex aduerſo ſi quis ex propria materia in alieno fundo ſciens ædificet cenſetur donare domino fundi ædificium , ſi ignorans non tenetur cedere domino fundi ædificium,niſi ſoluta ſibi æſtimatione materiœ, & operum §. cum in ſuo cum ſeq.h e.& predicta l.Adeo.

Acquiritur undecimo per plantationem arborum, uel perſationem ſeminum,quæ utiq; cedunt ſolo, ſicut ædificia,& acquiruntur domino ſoli,cum onere,præſtandi æſtimationem, ſi bona fide plantata,& ſata ſint §.ſi Titius cum ſeq h e.

Duodecimo per ſcripturam , vel picturam , quibus tanquam dignioribus cedit charta, & tabula,licet olim ſecus eſſet in ſcriptura,quæ cedebat chartæ,propter maximum ipſius char

tæ pretium § littera cum ſeq. h. e.

Decimo tertio, per poſſeſſionem rerum alienarum bona fide habitam acquirit ſibi poſſidens omnes fructus perceptos. ſecus eſt in mala fide poſſidente § ſi quis h e Idem eſt in uſufructuario, qui ſibi acquirit fructus tantum perceptos, adeo ut ſi interim moriatur non tranſmittat fructus pendentes ad hæredes, cuius contrarium euenit in conductore, qui etiam fructus pendentes ad hęredes tranſmittit §. is vero h. e. & in ratione fructuum ueniunt fœtus animalium; non autem fœtus ancillarum, cum teneatur etiam uſufructuarius gregis in locum demortuorum capitum alia ſummittere § in pecudum h e.

Decimo quarto acquiritur dominium per inuentionem theſauri cuius dimidium eſt inuentoris, & dimidium domini loci ubi inuentus eſt, ſi id caſu acciderit, ſecus ſi data opera quia totus domini loci efficitur, §. theſaurus h e. Eſt autem Theſaurus, quaſi tectum aurum, pecunia ſiue res tanto tempore abſcondita ab ignotis dominis, ut nulla ſubſit ipſius memoria l. unica C. de theſauris lib. x. cum etiam donum fortunæ dicatur l. ſi is. 63 ff eod.

Decimoquinto per traditionem rei propriæ ex aliqua iuſta cauſa factam, ut donationis, & dotis & uenditionis acquiritur accipienti dominium rei traditæ §. per traditionem h. e. dumodo emptor prius ſoluerit pretium § uenditę h. e. quod procedit non ſolum in traditione, uera, & reali, ſed etiam in ficta, ut in eo, qui prius rem alicui commodatam eidem uendit, fingitur enim denuo tradere, uel in eo qui claues mercium tradit, cenſetur namq; tradere merces ipſas, §. interdum, cum ſeq h. e.

Acquiritur demum dominium, per apprehenſionem rerum, & pecuniæ in uulgus proiectæ, licet proijciens ignoret, quis eas apprehenſurus ſit, cum ea pro derelicto habeat § penult. h. e. Quod non euenit in his, quæ tempeſtatis cauſa de naui eijciuntur, uel quæ fortuito de curru cadunt, cum hæc pro derelicto non habeantur § fin. h. e.

IN TITVLVM DE REBVS CORPORALIBVS, & incorporalibus.

BInas attulit ſuper tit. Imp. diuiſiones rerum, ex accidentibus ipſarum deſſumptis, nunc tertiam affert ex earumdem ſubſtantia depromptam, dum ſtatuit omnes res aut corporales, aut incorporales eſſe ut hic & l. 1. ff eod corporales res ſunt, quę materia prẽditæ ſunt, quæq; ſenſibus ſubiciuntur, ut domus fundus pecunia equus; incorporales uero, quæ licet materię, & corpori inſint ab his tamen iuris quadam abſtractione ſeiunguntur intellectuq; percipiuntur, ut ſeruitus, uſusfructus, hæreditas, obligatio, & huiuſmodi, de quibus in ſequentibus tit. & libris diffuſe pertractatur.

IN TITVLVM DE SERVITVTIBVS PRAEDIORVM.

Super Rubrica.

QVoniam rerum corporalium, quę ad ſenſum patent, planiſſima eſt cognitio; Incorporalium uero, quæ intellectu percipiuntur, ualde difficilis, & obſcura, merito ommiſſa prima, proſequitur Imp. ſecundam, agens de rebus incorporalibus, & primum de ſeruitutibus in hoc tit., cum duobus ſeq. & ff & C. de ſeruitutibus cum pluribus ſeq tit.

In Textum.

AD hæc autem tria uniuerſa huius, materiæ, huiuſq; tit. cognitio redigitur, Quid ſit ſeruitus, Quotuplex, Quomodo acquiratur, amittaturue.

In primis uero animaduertendum eſt ſeruitutis nomen æquiuoquum

quum eſſe, capitur enim quandoq; pro ſtatu ſeruili, unde ſerui dicuntur, ut in tit. ſupra de iure perſonarum, quandoq; uero pro iure, quod quis habet in re aliena utenda, fruendaue, ſalua domino ſubſtantia, ſic enim deffinitur ſeruitus illa, de qua hic agitur & in duobus ſeq tit.

Quæue duplex eſt, Alia realis, de qua in hoc ipſo tit. Alia perſonalis, de qua in duobus ſeq. Realis ſeruitus dicitur illa, quæ debetur a re rei, a qua ſeiungi nequit, ad eas omnes perſonas tranſiens, ad quas tranſeunt res ipſæ § .ideo h e. & hęc iterum duplex eſt Alia ruſticorum prædiorum, & alia urbanorum, Ruſticorum prædiorum ſeruitus eſt illa, quae in prædiis ruſticis conſtituitur, dicitur autem prædium ruſticum, quicumq; locus non ędificatus etiam in urbe; qui igitur habet iter, actum, uiam, acqueductum, & huiuſmodi per fundum uicini ad fundum ſuum, dicitur habere ſeruitutem in fundo uicini, non ratione ſui ipſius, ſed ratione fundi, cui hæc ſeruitus perpetuo debetur; adeo ut in quacunq; ſeruitute reali ſemper conſiderentur duo prędia, alterum dominans, alterum ſeruiens, ut colligitur ex § i. h e., ubi etiam Imp. docet iter eſſe ius eundi & ambulandi hominis, pedeſtris, uel equeſtris, non etiam agendi iumenti, uel uehiculi, Actum eſſe ius, ducendi etiam iumentum, uel uehiculum, uiam ius trahendi etiam trabes, & rectam ferendi haſtam, cuius latitudo ſit octo pedum in directum, ſexdecim in vnfractum l. uiæ 8. ſ. eod. Acqueductus tandem ius acquæ perpetuæ ducendę ut hic in § .i Vrbanorum Prędiorum ſeruitus eſt, quæ in prędiis urbanis conſiſtit prædium autem urbanum appellatur quodcumq; ædificium ad habitandum etiam in rure ſitum, ueluti ut uicini domus ſuſtineat parietem, trabemue domus meæ, eiuſue ſtilicidia recipiat in ædes, Aream, uel cloacam, uel quod uicinus non poſſit altius tollere domum ſuam, ne officiat luminibus domus meæ § .prædiorum h.e

Demum acquiritur ſeruitus emptione, donatione ſtipulatione ultima uoluntate, uel pręſcriptione decem inter preſentes, uiginti ue annorum inter abſentes, §. fin. h. e l. fi. C. de pręſcript.

præſcript, long tem; ſicut ex aduerſo amittitur ſeruitus per libertatem acquiſitam pariter emptione, donatione ſtipulat; vltimâ uoluntate, præſcriptione, aut rei interitu, cum nihil tam naturale ſit, quam vnumquodq; diſſolui eo modo, quo ligatum eſt l. nihil ff de reg. iur uel etiam confuſione, vt cum vterq; fundus unius domini factus fuerit. l. i ff quemmad. ſeru amit.

IN TITVLVM DE VSVFRVCTV.

Super Rubrica.

ABſoluto tractatu ſeruitutum realium; tractat nunc Imp. de perſonalibus, quæ tres ſunt, Vſusfructus, vſus, & habitatio, & primo de Vſufructu in hoc tit. cui concordat tit. ff. & C. de vſufructu cum ſequentibus.

In Textum.

QVinque ſunt in hoc tit. obſeruanda, Quid Vſusfructus, Quotuplex, in quibus rebus conſiſtit, Quomodo conſtituatur & quomodo finiatur.

Vſufr. ſicut & aliæ ſeruitutes eſt ius alienis rebus vtendi, fruendi, ſalua rerum ſubſtantia, ut hic in §. i. & l. i ff eod.

Quod intelligitur de vſufructu vero & formali a proprietate ſeiuncto, quod idem eſt cum dominio vtili, ſicut proprietas idem eſt cum dominio directo, & quæ ſic deffinitur, vt ſit ius de re aliqua perfecte diſponendi, aut vendicandi, ſaluo alteri vſufructu, vt colligitur ex Bart. in l. ſi quis vi 17 ff. de acq. poſſ. veluti ſi teſtator leget alicui uſumfructum fundi, proprietas, & dominium directum illius remanet apud hæredem, qui ciuiliter, & fictè tantum poſſidere dicitur; Vſusfructus uero, & dominium vtile tranſit ad legatarium, qui naturaliter, & vere fundum poſſidet, ac fructus percipit §. 2 h. e. Cæterum vſusfructus, quem uocant cauſalem h s coniunctum cum ſua cauſa, nempe cum proprietate impropriè dicitur vſufructus ſed potius eſt dominium plenum, & abſolutum.

Præterea cum vſusfructus ſit ius in corpore, quo ſublato & ip-

ſum tolli neceſſe eſt § 1.h.e.merito in re aliqua conſiſtere de bet, & cum proprie in iis tantum rebus conſiſtat, quæ vſu facile non conſumuntur, vt in fundo, domo, ſeruo, vel iumento, quorum ſubſtantia poſt uſumfructũ ſalua eſſe poteſt. Improprie tamen conſiſtit etiam in iis, quæ vſu conſumuntur vt in pecunia, vino, frumento, quorum ſubſtantia licet non ſeruetur, ſeruatur tamen genus pecuniæ frumenti, vini de quo reſtituendo in eadem quantitate, & qualitate tenetur cauere vſufructuarius. §. conſtituitur h.e. & l. 3 ff eod.

Conſtituitur vſufr. iiſdem met modis, quibus ſuperiores ſeruitutes, nempe venditione, donatione, ſtipulatione, ſucceſsione, & præſcriptione, pariterq; iiſdem modis finitur redeundo ad proprietariũ ſuum, & ãplius quoq; per interitum rei uel per mortem, vel capitis diminutionem maximam, & mediam vſufructuarij; quia cum hæc ſit ſeruitus perſonalis, merito cum perſona vſufructuarij extinguitur §. fi. h. e. quod non euenit in ſeruitutibus realibus, de quibus ſuperiori tit. dictum eſt, quæ cum ſint reales ſolo rei interitu extinguntur.

IN TITVLVM
DE VSV, ET HABITATIONE.

Proſequitur hic Imp. alias duas ſpecies ſeruitutum perſonalium, nempe vſus, & habitationis, de quibus agitur etiam in tit. ff eod. & circa quas tria breuiter exploranda ſunt, Quid ſit vſus, & habitatio Quibus modis vterq; conſtituatur & finiatur, In quibus vt differant, & conueniant tum inter ſe, tum cum vſufructu.

Vſus autem deffiniri poteſt, vt ſit ius vtendi re aliena ſalua domino ſubſtantia; Habitatio vero ius vtendi domo aliena ſalua domino ſubſtantia.

Amplius, & vſus, & habitatio iiſdem met modis conſtituitur, & finitur quibus vſumfructum conſtitui, & finiri diximus § 1. h. e. excepto, quod habitatio non finitur præſcriptione, aut capitis diminut. l. ſi habitatio x ff. eod.

Vnde patet uſum, & habit. conuenire circa modum conſtituendi, differre autem circa modum finiendi, item conuenire, quod tam vſuarius; quam habitator domus non poteſt in ea inducere

cere, niſi familiam ſuam, & hoſpitem. §. 2. h. e. differunt quia vſuarius non poteſt eam locare, habitator ſic §. i. & fin. h. e. Præterea conuenit vſus cum vſufr. tum quia iiſdem modis conſtituuntur & finiuntur tum quia ſuper eaſdem res cadunt; differunt vero quia vſuarius, poteſt vti tantum re, & fructibus, quantum quotidianus vſus exigit; fructuarius vero & vti, & frui poteſt, cum etiam fundum colere, & locare poſſit quod non poteſt vſuarius §. i. h e. Demum conuenit habitatio cum uſufr quod iiſdem met modis conſtituuntur, vterq; locari poteſt differt vero, quia variis modis finiũtur vt vidimus, & quia vſusfruc ſuper varias res habitatio vero ſuper domum tantum cadit d. §. fin h e.

IN TITULUM

Vſucapionibus, & longi temporis præſcriptionibus.

Super Rubrica.

VArios haſtenus expoſuit Imp modos, quibus rerum dominia de iure gent. acquiruntur, nunc incipit exponere eos, quibus eadem de iure ciuili. Comparantur, inter quos præcipuus eſt vſucapio, quæ & præſcriptio, appellatur, ſic dicta, quod per longum vſum, quis rei dominium capiat, & præſcribat ſic iubente lege, ne rerum dominia diu ſtent in ſuſpenſo l. 1 ff. eod. de vſucapionibus, & C. de præſcrip. long. temp. cum ſequent.

In Textum:

AD quinq; autem vniuerſa huius materiæ cognitio facile redigitur Vt quæramus Quid ſit vſucapio, Quę ipſius requiſita, Quæ perſonæ vſucapere, Quæue res vſucapi poſſint, Ac demum, Quę remedia proſint contra vſucapionem.

Et primo Vſucapio, ſiue pręſcriptio eſt acquiſitio, vel adiectio dominij, per continuationem poſſeſſionis, temporis lege deffiniti l 3 ff. eod. per vſucapionem namq; acquiritur verum, & directum dominium, a iure ciuili adiectum, & adiudicatum vſucapienti §. i. h e.

Dummodo vſucapiens tria hæc præſeferat, primum quidem conti

nuatam poſſesſionem ſuam, vel autoris ſui, per ſpacium temporis a lege conſtituti, quod eſt in vſucapione rerum mobilium triennii in præſcriptione vero Immobilium decennij inter præſentes, vicennii inter abſentes d. §. 2. & § diutina § inter venditorem h. e., actionum vero, & iurium incorporalium tricennii vel quadragennii. l. 4. C. de præſcript. 30 uel 40 annorum; Secundo requiritur quod uſucapiens habeat bonam fidem. h. s. vt credat eum, a quo rem accepit habuiſſe ius eam ſibi vendendi, donandi, aut alio modo transferendi §. 1. h. e. l. bonæfidei 110. ff. de verb. ſignif. quę bona fides de iure ciuili, & in foro exteriori ſufficit intercesſiſſe a principio vſucapionis licet, ex poſt facto ſuperueniat mala fides l. unic. C. de vſucap. transform. cum de iure canon. & in foro conſcientiæ mala fides ſuperueniens interrumpat præſcriptionem c. fi. de præſcript. immo ſicut in uſucapionibus rerum mobilium mala fides alienantis obeſt acquirenti; quia alienans ſcienter rē alienam mobilem committit furtum; ita in præſcriptionibus rerum immobilium non nocet, quia in illis non committitur furtum § qui autem h. e. tertio tandem requiritur vt vſucapiens habeat iuſtum titulum poſsidendi rem ex cauſa emptionis, donationis, ſolutionis, hæreditatis, legati dotis, tranſactionis, pro derelicto, aut pro ſuo, vt labe habes in titulis ff. & C. pro emptore cum ſequent.

Tertio omnes perſonæ uſucapere poſſunt, quę & alio quocumque modo acquirere, vt paterfam. & filiusfam. & quod magis eſt pupillus etiam ſine tutoris auctoritate, Immo, & furioſus vſucapit ea, quæ ante furorem vſucapere cepit, & hęreditas iacens perficit vſucapionem iam per defunctum inchoatam l. 4. in pr. ff. eod.

Quarto, omnes pariter vſucapi & præſcribi res poſſunt tam mobiles; quam immobiles, & tam corporales, quam incorporales (licet hæ impropriè, cum impropriè etiam poſſideantur.) dummodo tamen non prohibeantur uſucapi, qualis eſt liber homo, res Sacra Sancta, & religioſa item res furtiua, vel ui arrepta §. 2 & 3. h. e. niſi purgatum fuerit uitium, quia res in domini poteſtate reuerſa fuerit §. aliquando h. e. item res fiſcalis, publica, aut Eccleſiaſtica, quæ non præſcribitur ſpa-

cio

clo quadraginta annorum § res ſiſci & ibi gloſſ. h. eod. cum aliàs res aliena a fiſco uel principe alicui uendita, uel donata ſtatim, efficiatur accipientis, ſalua tamen domino facultate rem uendicandi a fiſco, uel principe inter quadriennium § fin. h.e. & l bene a Zenone 3.C. de quadr. præſcript.

Demum ad reſcindendam uſucapionem ſequutam in abſentia domini reipublicæ, uel captiuitatis cauſa, competit actio reciſſoria, de qua late tractabimus in tit inf de action. in § rurſus.

IN TITVLVM

DE DONATIONIBVS.

Super Rubrica.

PRoſequitur hic Imp modos acquirēdi rerum dominia de iure Ciuili, inter quos vnus eſt donatio, quę licet originē traxerit a iure gentiū, formā tamen a iure ciuili adepta eſt, vt colligitur ex tit. ff & C. de donationib.

In Textum.

QVinque uero in huius textus explicatione obſeruanda ſunt Quid Sit Donatio, Quotuplex, Qui, & quibus donari, Quęue donari poſſint, Qualiterq; donatio reuocetur.

Donatio eſt liberalis quædam, ac nullo iure cogente in alium facta collatio, ut colligitur ex l. donari 29. ff. eod.

Cuius duæ ſunt ſpecies, Vna, quę inter uiuos appellatur & inter contractus enumeratur, Alia, quę cauſa mortis dicitur & inter ultimas uoluntates recenſetur. Donatio inter uiuos dicitur illa, quæ ſimplici partium conſenſu ſicut ferè omnes alii contractus celebratur; ut cum quis uerbis, ſcriptura, uel facto ipſo declarat ſe aliquid donare alicui uel aceptanti, uel non renuenti ut colligitur ex §. aliæ h. e. & l ſi quis argentum 35. §. fin. C. eod. quę tamen ſi exceſſerit ſummam quingentorum aureorum non ualet, niſi fuerit inſinuata h. ſ redacta in publicis actis. d. § aliæ. & l data 27. C eod. præterquam ſi facta fuerit in piā cauſam, uel in remunerationem, aut propter nuptias ſubſequentes ut cum ſponſus, uel maritus donat uxori, quę donatio propter nuptias appellatur § eſt & aliud h. e. l fin. C de donat.

nat ante nupt Donatio uero cauſa mortis dicitur illa, quæ intuitu mortis, ſicut & aliæ ultimæ uoluntates conficitur & eſt reuocabilis uſq; ad mortem, adeoq; legato equiparatur, ut uix aliqua poſſit aſſignari eſſentialis differentia §. mortis cauſa h.e.& l Senatus 35 ff.de mortis cauſ.donat.

Præterea donare poſſunt omnes qui dominium rei donatæ habent, quibuſue alienare licet, quos recenſebimus ſtatim in proximo ſeq. tit ex aduerſo illis omnibus donari poteſt, qui naturaliter, & ciuiliter acquirere poſſunt præterquam quod miles meretrici donare nequit. l.2.C. de donat. inter uir & uxor. ſicut nec pater filio, aut maritus uxori, licet attamen hę duæ ultimę donationes morte confirmentur l. donationes 25.C.eod. de donat inter uir.& uxorem.

Pariterq; donari poſſunt omnia ea, quæ in dominio & commercio noſtro ſunt, quæq; donatarii effici poſſunt l. in ædibus 9 §. fi. ff. eod quæ autem dicantur eſſe in commercio noſtro, & quę extra docuimus ſup. in tit. de rerum diuis.

Demum reuocatur donatio inter uiuos, per ſuperuenientiam liberorum l ſi unquam 8 C. de reuocand. donat. Item per grauem iniuriam, & offenſam per donatarium donatore illatam l. fin. C. de reuocand donat & § aliæ in fin. h e. Donatio uero cauſa mortis, reuocatur per reconualeſcentiam, aut pœnitentiam donantis, uel per mortem præcedentem donatarii §. mortis h. e. & d l. Senatus 35. ff. eod,

IN TITVLVM
QVIBVS ALIENARE LICET

Sicut præcipuus dominii effectus eſt, ut res, quas (ut mox uidimus) iure gentium, uel ciuili acquiſiuimus libere alienare, & diſtrahere ualeamus, quippe cum dominium ſit ius de re perfecte diſponendi, ut ſuperius dictum eſt: Ita æquiſſima Iuris regula eſt, non dominum rerum dominium in alium transferre non poſſe l. nemo § ff. de reg. iur. ſed quia omnis iuris regula, ut uulgo dicitur quandam patitur exceptionem, Ideo refert Imp. hic nonnullos caſus in quibus, domino alienare prohibetur, non domino uero conceditur.

In primis autem licet maritus rerum datalium durante matrimonio

monio dominus cenſeatur l.i. C. de ſeru. pign. dat. non poteſt attamen res ipſas dotales immobiles alienare, nec etiam conſentient vxore ratione reddita in text. niſi ob maximam neceſſitatem, & niſi eas ęſtimatas accepiſſet. §.i h.e.l i C. de. liber. cauſ. l.i.§.& cum lex. C de rei vxoriæ act ſecus eſt in re mobili, & quæ maxime vſu perit. l. res in dotem 43. ff. de iure dotium & late gloſ. hic.

Ex aduerſo creditor cui pignus a debitore traditum eſt, & ſi dominus pignoris non ſit, poteſt attamen illud uendere ſeruato modo de quo text. hic iunct. gloß. in § 2 in uerbo certus & l. fin. C. de iure dom impetr.

Aliud exemplum eſt in pupillo, ſiue minore qui rem propriam alienare non poteſt ſine autoritate tutoris uel curatoris, & ſine etiam decreto iudicis, ſi res ſit immobilis, cum nec debitum, quod habet ſoluere queat §. nunc admonendi, & fin. h.æ.l. prima C. de prædiis minorum; ſicut e contra debitor qui pupillo ſoluit ſine autoritate tutoris non liberatur niſi pecunia extet, uel pupillus factus ſit locupletior, cum diſtinctione tex. in §. fin h e.

IN TITVLVM

PER QVAS PERSONAS NOBIS Acquiritur.

Acquiruntur autem rerum dominia, de quibus hactenus dictum eſt, non ſolum per nos met ipſos; ſed & per eos, quos vel in poteſtate habemus, ut filios, & ſeruos, uel quorum officio vtimur ad acquirendum, ut procuratores §. i h.e. & l. pri C per quas perſon. nobis acq.

Et primo acquiritur patri per filium familias, peculium ipſius Eſt autem Peculiũ pecunia ſiue facultates illæ, quas filiusfam. vel ſeruus parſimonia, induſtria, uel bona fortuna ſua acquirit ſeparatim a rationibus paternis vel dominicis l de poſiti 5 ff de peculio & eſt duplex, aliud Caſtrenſe, & aliud paganicum l. fi. C de inoff. teſt. Caſtrenſe pecul. iterum aliud eſt uere caſtrenſe, ut ſunt ea quę filius militando acquiſiuit, uel in milit iam ituro donata ſunt. Aliud quaſi coſtrenſe, vt

quæ

quæ filius publici honeſti muneris exercitio comparauit, uelu ti legendo, medendo, aduocando, & hæc duo peculia filius non patri, ſed ſibi acquirit pleno iure l. cum oportet 6. C. de bonis quæ liberis. Paganicum uero pecul. & ipſum Aliud eſt aduentitium, vt ea quæ filiofam. ab alio quam a patre donata, vel quoq; modo relicta, aut acquiſita ſunt, & huius peculii proprietas acquiritur filio; vſufructus uero patri donec viuit. dicta l. cum oportet; Aliud profectitium, ut quæ filiusfam. ex re paterna acquirit, uel a patre ei donatur, & huius peculij tam proprietas. quam uſusfructus acquiritur patri §. igitur h. e. & d. l. cum oportet; cæterum ſi filius emancipetur retinet pater dimidium tantum uſusfructus aduentitiorum filij §. hoc quoq; h. e.

Simili modo acquiritur domino etiam ignoranti, & inuito, per ſeruum, uel bona fide poſſeſſum dominium, & poſſeſſio rerum, adeo vt etiam per eum ſicut per filium uſucapere & præſcribere poſſit, ſecundum diſtinct. tex. in §. item nobis cũ duobus ſeq; h e.

Demum acquiritur nobis etiam ignorantibus per procuratorem noſtrum dominium rerum, ſicut & per eundem acquiritur nobis tamen ſcientibus uſucapio § pen h. e & d. l. i C. eod. quod extenditur etiam ad tutorem, curatorem, monachum, & huiuſmodi perſonas, quæ pupillis, minoribus, & monaſterio acquirunt. vt notant dd. in hoc tit pro cuius ſigillo admonet Imp. in §. fin. quod cum hactenus de modus acquirendi rerũ dominia titulo ſingulari dictum ſit; conſequens eſt ut de modis acquirendi titulo vniuerſali dicatur; qui cum quatuor ſint, nempe per hæreditatem, per bonorum poſſeſſionem, per arrogationem, & per addictionem bonorum libertatum obſeruandarum cauſa; inter quos præcipuus eſt ille per hæreditatem ideo ab eo exorditur; & cum hæreditates vel ex teſtamento, vel ab inteſtato defferantur primum de his quæ ex teſtam. procedunt in reſiduo huius libri, de aliis vero in 3. libro latiſſime peragit.

D E

IN TITVLVM DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

Super Rubrica.

ORDINARIA eſt materia huius titu li, alternis annis publice explicanda, ea di ligentiori cura, eoq; ſtudio, quod ipſius vtilitas, ac difficultas poſtulare videntur, quæ in eo vel maxima ſunt, quod ope teſta menti dominium rerum noſtrarum, alias morte periturum, cum mors omnia ſoluat, §. deinceps in Auth. de nupt in contemptum mortis mille poſt annos ad poſteros protrahatur, efficiaturq. voluntas noſtra inuiolabilis lex. §. diſponat in Auth de nupt. Erunt autem ſuper hac rubrica ommiſſis ſuperfluis tria breuiter explananda. Ratio ſ. Connexionis huius tit. ad præcedentes ſenſus generalis verborum huius rubricæ, Et origo, uſusq; varius teſtamentorum.

Quo ad primum, varij interpretes, varias conſiderant rationes continuationis huius tituli, qui tamen nil aliud magis quam nodum in ſcirpo quærere videntur, cum id ſatis aperte colligatur ex reſponſo Iuſtiniani in §. fin. ſuper. tit., dum ait, quod cum dominia rerum nobis dupliciter acquirantur, vel titulo vniuerſali, vel titulo ſingulari, cumq; a §. ſingulorum ſuper de rerum diuis. hucuſq; non nulli relati ſint modi acquirendi titulo ſingulari, vt vſucapione, donanat; & ſimilibus; nunc incipit exponere eos, quibus acquiritur tit. vniuerſali ſ. per hæreditatem, per bonorum poßeſſionem, per arrogationem, & per addictionem bonorum libertatum conſeruandarum cauſa inter quos, cum frequentior ſit ille per hæreditatem; ideo ab eo exorditur. Verũ quia hæreditates dupliciter nobis deferũtur, vel ex teſtã

Connexio huius tituli.

Dominia rerũ nobis acquiruntur

mento, uel ab inteſtato l. 1. ff. de pet. hæred., & quæ ex teſtamento obueniunt cæteris præferuntur. l. quandiu 3. ff. de acq. hæred. Ideo hac ratione incipit Imp. hic docere, quomodo rerum dominia nobis acquirantur titulo vniuerſali, hæreditario, ex teſtamento, præmittens ante omnia titulum hunc de teſtamentis ordinandis tanquam baſim totius materiæ. Cæterum quid in iure ſignificent hi duo termini modus. acquirendi titulo ſingulari, & vniuerſali, ſeu per vniverſitatem, ex eo facile intelligi poteſt, quod ille dicitur acquirere titulo ſingulari, qui res aliquas particulares acquirit ſub earum ſpecifico nomine, modis & titulis ſingularibus, vt qui emit domum, qui uſucapit fundum, qui dono recipit mille, qui iure legati conſequitur veſtem; e contra ille dicitur acquirere per vniuerſitatem, qui non vnam quandam rem; ſed plures acquirit ſub nomine vniuerſali, modis, & titulis vniuerſalibus, vt qui ex teſtamento, uel inteſtato hæreditatem obtinet, qui per bonorum poſſeſſionem patrimonium acquiſit, qui filij a ſe arrogati fortunas nanciſcitur, & qui tanquam hæres bona ſibi addicta libertatū conſeruandarum cauſa appropriat.

SECVNDO inſcribitur hæc rubrica de teſtamentis ordinandis, ad quorum verborum clariorem intellectum altius animaduertendum eſt; omnes humanos actus a legibus moderatos eſſe in duplici differentia, alios Criminales, vt ſunt ipſa met Crimina, & delicta hominum publica animaduerſione caſtigata, quæ cadunt ſub materia iudiciorum, & de quibus agitur in titul. infra de publicis iudiciis. & alios Ciuiles, quorum alij dicuntur inter viuos, & alij vltimæ voluntates. Actus inter viuos ſunt ij, qui fiunt ſine vlla cogitatione & relatione ad mortem, vt ſtatim valeant, & ſint vt plurimum irreuocabiles, niſi utraq; parte conſentiente §. alię, & ibi DD. Supr de donat. vt uſucapio, donatio inter viuos, emptio, locatio, Societas, mandatum mutuū Commodatum, & cęteri omnes contractus. de quibus agitur ſuis quorumcumq; titulis. Vltimæ tandem voluntates dicuntur actus illi, qui fiunt cum cogitatione mortis, vt non

valeant

valeant niſi poſt mortem, & ſint vſq; ad eam reuocabiles, § mortis cauſa ſupr. de donat. ; quæque ob id vltimæ voluntates dicuntur, quia vltimæ tantum valent § poſteriore in ſr. quibus modis teſtam infirm. veluti eſt teſtamentum, Codicillus, legatum, fideicommiſſum, donatio cauſa mortis epiſtola, de quibus omnibus ſub proprijs titulis tractabimus, agentes interim de teſtamentis in hoc ipſo tit. qui ideo rubricatur de teſtamentis ordinandis, vt inde appareat hic non ſolum declarari quid ſit teſtamentum; ſed, & quo modo teſtamenta fiant, & ordinentur.

Demum circa originem, & vſum, varium teſtamentorum vlterius controuertunt interprætes, quam res ipſa, & vtilitas poſtularet; nos autem non obſcuræ breuitatis ſtudioſi ōmiſſis eorum garulis ſubtilitatibus concludamus teſtamentorum vſum introductum quidem fuiſſe a iuregentium; confirmatum vero, & ad perfectiorem formam redactum à Iure Ciuili, ratione enim naturali, ex qua oritur iuſgentium facile ſuadetur nihil humanius eſſe, & quòd magis hominibus debeatur quam quod ſicut viuentes: ita etiam morientes de rebus ſuis ad placitum diſponere valeant, eas charioribus amicis, & coniunctis in repenſionē beneficiorum relinquentes .l.i.C.de Sacroſ.Eccleſ. l.humanitatis 9.C.de impub.& aliis ſubſtit. Quod etiam confirmatur auth. Xenofontis 8 de Pedia Cyri, dum inducit Cyrum morientem Cambiſi Imperium relinquere, inſimulq; Iubere corpus ſuū non auro, & argento, ſed in terra humari, quæ pulchra, & bona omnia gignit, & nutrit; Quæ omnia ſanè referunt formam quandam, licet rudem teſtamenti conficiendi ante ius Ciuile Romanorum in vſu fuiſſe, & ſi ab eo poſtea plures additæ fuerint ſolennitates vt colligitur ex §.primo huius tit. & aperte demonſtrant tot Iuris Ciuilis tituli vbi de hoc ipſa materia tractatur, vt ff. & C de teſtamentis, cum pluribus concordantibus His itaq; breuiter expoſitis ad explicationem textus propius accedamus.

In Textum.

EX vniuerſo huius tituli contextu tria tantum ſe offe-runt circumſpicienda. Quid ſit Teſtamentum, Quotuplex. Et quomodo teſtamenta ordinentur & fiant.

INPRIMIS autem, ad intelligendum quid ſit teſtam duo conferunt; vnum cognitio quid nominis ipſius, quod ex eius ethimologia hic tradita colligitur; Alterum cognitio quid: rei, quod ex eiuſdem diffinitione alata in l. p. ff. eod. declaratur. Circa primum Teſtam. ex eo appellari docet Imp hic in §. primo quod teſtatio mentis ſit. ex qua ethimologia inepte a Gelio, & Valla impugnata facille colligi poteſt quam pulchre Imp. dum teſtamenti nomen exponit, duas inſimul pracipuas, & ſubſtantiales eius partes patefaciat, quarum vna eſt mens, & uoluntas teſtatoris, alia verba teſtantia, & exprimentia mentem ipſam, vt contra Tuberonis ſententiam tenuit Celſus iuriſconſ. in l. labeo. 7 in fin ff de Supel. leg.; ſic itaq; teſtam. meritò appellatur teſtatio mentis h. e. meus, teſtata, & publicata verbis coram teſtibus, l. omnium. 19 C. de teſtam. ibi ſecurus eſt teſtator, qui in auribus priuatorum mentis ſuæ ſupremum publicauit iudicium. Hinc quæri ſolet nunquid valeat in iure argumentum ab Ethimologia vocabuli, & certum eſt valere tantum negatiue, non autem affirmatiue, cuius ratio eſt quia ethimologia generalior eſt ethimologato, & argumentum a genere ad ſpeciem non niſi negatiue procedit, ut admonent ſcribentes in l. 2. § appellata ff ſi certum petatur. Quo ad aliud diffinitur teſtamentum ab Vlpiano in l i ff. eod, ut ſit uoluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri uelit, Qua diffinitione ueram teſtamenti ſubſtantiam, ac eſſentiam patefacit Imp. dum omnes quatuor ipſius cauſas cumulatiſſime comprehendit, Efficientem ſ. in uerbo uoluntatis, cum uoluntas teſtatoris tanquam regina cuncta efficiat, & moderetur.

tur l. in conditionibus 19. ff. de cond. & demon., cui additur noſtræ ad oſtendendam libertatem uoluntatis, quę ab alieno arbitrio pendere non debet l. illa inſtitutio 32. ff. de hęred. inſtit. Formalem in verbo iuſta, quod exponit Gloſſ. & Bart. in d. l. i. h. e. perfecta, ſolennis, & legitima: eſt autem perfectum teſtam. in quo hæres inſtitutus eſt, cum hæredis inſtitutio ſit caput, & fundamentum ipſius § ante hæredis infr. de legatis. ſolenne in quo eæ adhibentur ſolennitates, quas infra enumerabimus. legitimum tandem, quod factum eſt ab habente ius teſtandi, & ſecundum diſpoſitionem legum l. 4. ff. eod. Materialem ibi De eo, nam circa bona, & fortuna; tanquã circa materiam verſatur diſpoſitio teſtatoris; adeo vt qui nõ habet, vel nõ ſperat habere in bonis teſtari non poſſit l. eius 8. ff. eod. Finalem demum cauſam in illis verbis poſt mortem ſuam fieri velit, nulla enim alia de cauſa, nec ad alium finem teſtãtur homines, niſi vt quod in vita voluerunt, id ipſum poſt mortem eorum fiat.

Quo ad ſecundum principale caput omnium teſtamentorum duo eſſe genera colligitur; vnum, quod vetuſtate iam obſoleuit, alterum, quod vſque in hanc diem viget. Priſcorum teſtamentorum tres olim fuiſſe ſpecies admonet Imp. hic in §. ſed vt nihil, vnum quo vtebantur antiqui in pace quodue calatis comicitiis, h. e. coram populo ad comitia conuocato fiebat, alterum, quod in procinctu belli, vnde procinctum dictum eſt, & tertium, quod per æs, & librã imaginaria quadam venditione conficiebatur vt late declarant. dd. hic, Quibus tamen teſtamentorum formis, ac ſpeciebus ſublatis, duæ aliæ ad eorum immitationem a Iure Ciuili introductæ ſunt, altera, qua vtuntur milites, quod militare teſtam. dicitur, & de quo tractatur in proximo ſequenti tit. & altera, qua utuntur pagani, quod paganicum nuncupatur, de quo agitur hic.

Circa tertium tandem, Paganicum teſtam. duobus modis conficitur & ordinatur, vt colligitur & § fin. huius tit; vel in ſcriptis, vel in voce. In ſcriptis autem fit cum teſtator, ſua, vel alterius cuiuſcumq; manu, & in quacumq; mate-

ria

ria teſtamentum ſuum ſcribit.§.ſed his, & §. nihil autem hoc eod. deinde vocatis, & rogatis ſeptem teſtibus, maſculis, puberibus, liberis, ſanæ mentis, audientibus, loquentibus, boneſtæ famæ & vitæ, qui neq; in poteſtate teſtatoris, neque hæredes inſtituti, aut hæredum patres, filii, fratreſue ſint §.pater cum ſeq hoc eod. eis teſtamentum ſuum offert: vt a ſingulis, vel ab vno pro omnibus, qui litteras ignorant ſubſcribatur, pariterq; ſingulorum annulis vel ſigillis aut ſaltem vnico ſigillo ab omnibus vno contextu ſubſignetur §.ſed cum paulatim cum ſeq hoc eod.l hac conſultiſſima 21. C. eod., & ita ſolent homines teſtari; cum eorum diſpoſitiones alcui inoteſcere volunt; non enim opus eſt in hoc teſtamento, vt ſciant teſtes quæ in eo contineantur dicta l.hac conſultiſſima; Orethenus uero teſtamentum ordinatur, cum teſtator rogatis ſeptem teſtibus earum conditionum, quas retuli ſupra, cunctis aſtantibus, & intelligentibus voluntatem ſuam declarat, palam ſibi hæredem nuncupando, vnde nuncupatiuum teſtam dictum eſt præd. §.fin.hoc eod.& l hæredes palam.21.ff eod. ad cuius ſubſtantiam nulla requiritur ſcriptura nec publica, nec priuata, cum tamen ad conſeruandam eius memoriam ſæpe adhibeatur notarius, qui teſtamentum, vnà cum nominibus teſtium ſcribat, Immò plures ſunt caſus, in quibus ſeptem teſtium numerus a lege remittitur; quippe cum in teſtamento ruſtici facto ruri quinque tantum ſufficiant l.ſi C. eod ſicut valet etiam teſtam. inter liberos, vel tempore epidimiæ coram quocumq; teſtium numero confectum d l hac conſultiſſima §.ex imperfecto C eod., & late Iaſon in l. fin. C. eod. & quod magis eſt ſola preſentia Principis teſtam con validat l. omnium.19.C.eod. Immò ſicut in Terris Eccleſiæ duo tantum ſufficiunt teſtes, vnà cum parocho c. cum eſſes. & c relatum extra de teſtam. Ita etiam in inclita Ciuitate domina Venetiarum teſtam. coram duobus teſtibus notario, & parocho factum tenet, vt animaduertis Iaſon in l. p. C de Sacroſanct. Eccleſ. Licet attamen duo ſint caſus in quibus numerus hic ſeptem teſtium non ſufficiat, ſed octo re-

requirantur teſtes, nempe in teſtamento cæci, & in teſtamento ſcripto illius, qui neſcit ſcribere, præd. l. hac conſultiſſima §. quod ſi literas. & l. iubemus. 29. cum auth. ſequenti C. eod.

IN TITVLVM DE MILITARI TESTAMENTO.

Super Rubrica.

ABſoluto tractatu teſtamenti paganici, quod regulariter fit ab omnibus, & ſecundum iuris communis ordinem, exponit Imp. aliam teſtamenti ſpeciem, quod ſpecialiter ab ipſis tantum militibus, præter communem regulam conficitur, vnde militare dictum eſt, & de qua agitur in tit. ff. de militari teſtam. & C. de teſtamento militis.

In Textum.

TRia vero ex ipſo tit. breuiter adnotari poſſunt, cauſa: 5. introducendi huiuſmodi priuilegium, Forma, & qualitates ipſius, demumq; perſonę priuilegiatæ.

Circa primum, cum animaduerterent Imperatores milites magis arma, quam leges ſcire debere l. fin. §. arma C. de iure delib., plurimumq; in gerendis bellis ita occupatos eſſe, vt vix ciuilibus negotiis incumbere poſſint l. i. ff. eod. inter alia priuilegia eis cõceſſa, multas quoq; in conficiendo teſtam. ſolennitates remiſerunt. vt hic. in §. p. & l. p. ff eod.

Militibus multa priuilegia cõcessa

Forma

Forma autem priuilegii eſt . vt Milites quomodocumq; vo-lunt quomodocunq; poſſunt teſtari ualeant, & in ſcriptis et ſine ſcriptis & cum teſtibus, & abſq; teſtibus §, 1 .h.e & l. 1 .ff. eod teſtam n. militis quantumcunq; Imperfectum ua-let l.miles 36 .ff eod.Cum etiam & pro parte teſtatus , & pro parte inteſtatus,quod pagano non licet decedere ualeat l.ſi miles 6 .ff eod.imo & plura teſtamenta æque ualida con ficere poteſt; Cum inter paganos vltimum tantum ualeat. § poſteriore infr.quib mod.teſt.infir.l.quærebatur.20.ff eod. & demum poteſt miles quoſcunq; etiam de iure ciuili inca-paces heredes inſtituere , & eis legare l. neq.ę. 14 .§. deportati ff.eod.licet meretrici aliquid relinquere nequeat l. miles ita.42 ff. eod. & de his priuilegiis videas plura per Bart.in d l. neque. Animaduertendo tamen quod huiuſ-modi priuilegium conceditur militibus donec tantum in caſtris militant , nam ſi extra caſtra & domi teſtentur de bent teſtari ſecundum formam Iuris communis §. illis , & §. ſed hactenus hoc eod licet verum ſit , quod, ſi paganus ante militiam condat teſtam . imperfectum aliàs non vali-turum,& illud poſtea in caſtris confirmet valet, & tenet §.ſed & ſi hoc eod.ſicuti e contra, ſi miles in caſtris teſta-mentum faciat & reuertatur a militia non valet niſi intra anum miſſionis § poſt miſſionem hoc eod.

Nota

Demum perſone priuilegiatę ſunt milites pro republica militan tes etiam ſi filiiſam. ſint § ſi.hac eod. l. miles 23 . Cum ſeq. ff eod.uel ſurdi aut muti §. quinimo hoc eod l. iure militari. 4.ff eo.& quod magis eſt etiam ſi damnati ob crimen capita le l.ex militari.11 .ff.eod licet pupilli,& capti ob hoſtibus nō poſsit nec etiā iure militari teſtari l.facere.10 ff.eod ſicut nec ab alieno arbitrio teſtam.militare pendere poteſt. l. ca-ptatorias 11 .C eod Et an huiuſmodi priuilegiū hodie ſibi lo cum uindicet in militibus noſtri temporis communis eſt ſen-tentia quod non,licet ipſe malim contrarium affirmare cum Fabro, ea potiſſimum ratione, quia in ipſis eædem uigeant Imperitiæ & occupationis Cauſæ.

IN TITVLVM

QVIBVS NON EST PERMISSVM FACERE TESTAM.

Super Rubrica.

QVoniam parum eſſet iura, & formas teſtamentorum ſuperioribus titulis exaratas intellexiſſe; niſi perſonæ, quarum gratia iura ipſa condita ſunt, intelligerentur; ideo meritò ſubiungitur titulus hic, qui habet concordantes titulos ff. de teſtam. & qui teſtam facere poſſint, & C. qui teſtam. fac poſſ.

In Textum.

AD cognoſcendum autem quæ perſonæ teſtari poſſint, ſtatuenda eſt regula generalis, omnes quidem teſtari permiſſum eſſe, qui expreſſe non prohibētur l. ſi quæramus 4. ff. eod.; prohibitæ vero ſunt plures perſonæ ex tribus præcipuis cauſis hic in textu relatis.

Quarum prima eſt ob defectum ſuæ poteſtatis, vt euenit filio familias, qui nec etiam permittente patre teſtari poteſt, niſi de caſtrenſi, uel quaſi caſtrenſi peculio § i. hoc eod. l. qui in poteſtate 6 ff. eod., vel niſi ſit miles § quinimo ſuper. tit.; Idem eſt in ſeruo, ſiue capto ab hoſtibus, cuius tamen teſtam. ante captiuitatem confectum non infirmatur § fin hoc eod & l. filiusfamilias 16. ff. eod. Idemq; in Monaco Auth. ingreſſi C. de ſacroſanct. Eccleſ. in obſide

l. obſides ii. ff. eod. & in vaſſallo, qui de feudo regulariter teſtari nequit cap. primo de ſucceſſ. feu. in vſibus fœudorum.

Secunda cauſa eſt propter defectum mentis, & conſilij, vt in impubere §. præterea hoc eodem; maſculi enim poſt decimum quartum fœminę poſt duodecimum tantum annum completum teſtari poſſunt l. qua ætate 5. ff. eod., item in furioſo, & prodigo cui bonis interdictum eſt, quorum tamen teſtamenta ante furorem, & interdictum confecta tenent §. item furioſi cum ſeq. hoc eod l filiusfam. 16. & l. is cui. 18. ff eod.

Tertia tandem cauſa eſt propter defectum ſenſuum, vt in muto, & ſurdo a natiuitate; quod ſi caſu in huiusmodi defectum inciderint, & ſi alter eorum ſcribere, alter vero loqui ſciat vtiq; teſtari poſſunt; cum etiam teſtamentum antea confectum non infirmetur §. item ſurdus hoc eod. l. diſcretis C. eod.; Cæcus autem vtroq; lumine non poteſt omnino teſtari, niſi ſecundum formam traditam in l. hac conſultiſſima 22. C. eod., vt. 5. adhibeat vltra omnes ſolennitates notarium, vel octauum teſtem, vt ibi, & §. cæcus hoc eod. Addi poſſet quarta cauſa propter pœnam criminis, vt in damnato ad mortem, vel deportato l. eius 8 ff. eod. item in turpiter notato infamia l is cui 18. §. ſi quis ff. eod., ac in hæretico, & vſurario Auth. credentes C. de hereticis c. quamquam de vſuris in 6., Ac demum quinta cauſa propter incertitudinem, ideo de ſtatu ſuo incertus teſtari non poteſt l. de ſtatu 15. ff. eod. & hæ in ſumma ſunt perſonæ, quibus teſtandi facultas a legibus interdicta eſt, cum cæteræ omnes indifferenter admittantur.

INTITULUM

DE EXHÆREDATIONE LIBERORUM.

Super Rubrica.

VAria teſtamentorum requiſita ſubſtantialia ſuperiori tit. de teſtam. ordin. recenſuimus; illud vero vnum huic loci declarandum reliquimus, quod ad hoc vt valeat teſtam. neceſſarium ſit teſtatorem, qui habet, vel habiturus eſt filios, vel nepotes eos expreſſe hæredes inſtituere, uel nominatim exhæredare, ne præteriti rumpant eius teſtam., & tanquam pręſumpti hæredes ab inteſtatò ſuccedant. §. i. hac eod. l. inter cætera 30. ff. de liberis & poſthumis & C. de liberis pręteritis, cum ſequenti, vbi de hac eadem materia agitur.

In Textum.

AD pleniorem doctrinam huius materiæ, quæ ſatis vtilis, ac difficilis eſt, tria ex hoc textu, duo extra ipſum adnotanda ſunt. Quid ſit exhæredatio, & quæ ipſius requiſita; Quotuplex & quomodo fiat, Quæ perſonæ debeant exhęredare, Quæ exhæredari, & demum quæ remedia aduerſus iniuſtam exhæredationem competant.

Quo ad primum exhæredatio ex Bart. ſententia in l. quidam ff de verb. ſig. eſt ſucceſsionis priuatio, vel vt ipſe opinor eſt diſpoſitio patris, vel aui in teſtamento, qua nominatim liberos ſuos, ob inſertam iuſtam cauſam, hæreditate ſua priuat, Dicitur autem diſpoſitio patris, vel aui, quia regulariter, vt ſtatim videbimus in 3. Capite ſolus pater, vel Def.o Exhæredationis

auus paternus tenentur ſilios inſtituere , vel exhæredare, & dicitur in teſtamento ; quia exhæred. ſicut & inſtitutio non poſſunt fieri niſi in teſtamento, §. codicillis & ibi gloſſ. infr. de Codicillis. Præterea additur nominatim quoniam conſtare debet de perſona exhæredati ex nomine, cognomine prænomineue ipſius, aut ex alia certa nota , & ſigno, § nominatim. hoc eod., l. 1 2. & 3. ff. eod. & dicitur liberos ſuos, cum ſoli liberi ſui regulariter poſſint exhæredari, vt infra dicemus in cap. Idque ob iuſtam aliquam cauſam in teſtamento inſertam, quarum cauſarum decem, & quatuor recenſentur in Auth. vt cum de appellat. cognoſcitur in §. aliud quoq; , & octo quibus filius poteſt verſauice exhæredare patrem demumq; additur hæreditate ſua priuat , quia ad hoc vt filius dicatur exhæredatus, non ſufficit exhæredatum eſſe a parte hæreditatis, ſed a tota hæreditate, & a toto hæredum gradu, l. 3. & l cum quidam 19 ff. eodem.

Circa ſecundum exhæred. duplex eſt, prout duobus modis fit, expreſſe. ſ. & tacite; expreſſa exhæred. eſt, quæ fit a patre, vel auo paterno, qui expreſſe, & nominatim filios, vel nepotes exhæredare debent, & cum expreſsione iuſtæ cauſæ, quam tamen hæres probare tenetur § ſiue igitur in Auth. vt cum de appell. cognoſc . Tacita vero exhæred. eſt , quę fit a matre, vel auo materno, ſiue etiam a milite , qui non tenentur expreſſe exhæredare, ſed horum prętertio pro exhæredat. habetur §. penult. , & vlt. hoc eod. licet hodie ex noua Iuſtiniani Conſtitut. teneatur etiam mater , expreſſe exhæredare d. §. aliud quoq; in Auth. vt cum de appell. cognoſc.

Tertio perſonæ, quæ inſtituere , vel exhæredare tenentur ſunt pater, auus, & alij aſcendentes paterni, §. 2. hoc eodem d. l. inter cætera 30 ff. eod & ex noua conſtitutione etiam mater d § aliud quoq; in Auth. vt cum de app. cogn. præterea & filij nepoteſq; vtriuſq; ſexus verſa vice parentes inſtituere, vel exhæredare debent §. 1. inf de inoff. teſt. & § ſiue igitur in Auth. vt cum de app. cogn. , & quod magis

eſt

eſt frater quoq; & ſoror conſanguinei tenentur ſe inuicem exhæredare in uno tantum caſu, quando ſ. inſtituunt turpem perſonam § ſoror infr. de inoff. teſt. l. fratres 27. C. de inoff. teſt. & cauſæ propter quas poſſunt huiuſmodi fratres, & ſorores exheredare tres recenſentur in § ingratitudinem, in Auth. de nuptiis.

Quarto perſonæ, quæ inſtitui, uel exheredari debent, ne ſi prætereantur teſtamentum rumpant, ſunt primo filij legitimi, naturales, maſculi, vel fœminæ; ſui h. e. in poteſtate, vel emancipati; cum hodie tam circa exhæredationem, quam circa omnem ſucceſsionem ſublata ſit differentia ſexus, & ſuitatis § emancipatos; & § ſed hoc quidem hoc. eod. tit. noſtro l. maximum vitium 4. C. eod. Cæterum filios naturales tantum, vel adoptiuos non eſt opus inſtituere, vel exhæredare, niſi adoptati ſint ab aſcendenti quo caſu tranſeunt in adoptantis poteſtate. § adoptiui cum ſeq. hoc eod. § ſed hodie ſupr. de adopt. Præterea inſtitui, vel exheredari debent nepotes, alijq; deſcendentes ex filio tam maſculi quam fœminæ dũmodo proximores ſint in gradu ſuccedendi § poſthumorum in fin. h. eod. præd. l. maximum vitium verſ. & hoc. C. eod. Amplius inſtituendi quoq; vel exhæredandi ſunt filij, & nepotes poſthumi, ne ſi vel viuo, vel mortuo teſtatore naſcantur, aut nati priorem locum ſuccedendi obtineant, tanquam præteriti rumpant teſtamentum § poſthumi & § poſthumorum hoc eod. l. i. & tot. tit. C. de poſthumis hæred. inſt. vel. exhered. licet hodie poſthumi non poſsint exhæredari l. ſi quis in ſuo. 33. C. de inofficioſo teſtam. ideo ne præteriti teſtam. rumpant debent inſtitui in aliqua hæreditatis parte famoſa l. Gallus. 29. ff. eod. Debent quoq; inſtitui, vel exhæredari parentes, & alij aſcendentes paterni, §. ſiue igitur in Auth. vt cum de app. cogn. Ac demum fratres, & ſorores quoties inſtituitur turpis perſona, præd. l. fratres 27. C. de inoff. teſt.

Quinto demum iam dictis omnibus perſonis tria competunt remedia, duo contra præteritionem, vnum contra iniuſtam exhæredationem, & primo præteritus, qui inſtitui, uel exhæredari

redari debuit, poteſt uel de iure ciuili dicere teſtamentum nullum, tanquam contra iuris formam conditum, & ab inteſtato hęreditatem petere §. hoc eod. & præd. l. inter cætera ff. eod. vel de iure prætorio petere bonorum poſſeſſionem contra tabulas teſtamenti; tanquam non rite factus. §. ſed eas infr. d. bonorum poſſeſ. l. i. ff. d. bonorum poſſ. contra tabulas; Iniuſte uero exhæredatus poteſt de iure ciuili agere quarella inofficioſi teſtamenti, in quo ipſe contra pietatis officium exhæredatus eſt §. i. & tot. tit. infr. de inoff. teſt. l. i. & tot. tit ff. & C. eod. tit.

IN TITVLVM

DE HEREDIBVS INSTITVENDIS.

Super Rubrica.

PRoſequens Imperator ſubſtantialia huius materiæ teſtamentariæ, poſteaquam ſuperioribus titulis declarauit tum Quid ſit teſtam. & quotuplex, tum qui teſtamenti factionem actiuam habeant, h. e. qui poſint concedere teſtamentum; Nunc vero ſubdit Qui habeant paſſiuam ſ. qui hæredes inſtitui poſſint, de qua materia adſunt tituli ff. & C. de Hęredibus inſtituendis.

In Textum.

CIrca materiam hæredum inſtituendorum ſex potiſſimum accidunt conſideranda ſ. Qui poſſint Hæredes inſtitui, in quot partes diuidatur hæreditas; Quibus modis inſtituantur hæredes,

quid

quid ſit hæres, Quot hæredum ſpecies, & quomodo adeatur hæreditas, quorum tria prima ex hoc ipſo tit. alia vero ex tit. infra de hæredum qualitate, & differentia colliguntur.

Et primo ad cognoſcendum, qui poſſint inſtitui Hæredes ſtatuenda eſt generalis regula, omnes quidem poſſe, qui expreſſe non prohibentur, prohibiti autem ſunt inſtitui, & inſtituti remouentur ſerui de adulterio cum domina accuſati §.2. hoc eodem cum aliis ſeruus tam proprius, quam alienus inſtitui poſſit, §.i. hoc eod. ita tamen vt proprius fiat liber & hæreditatem ſibi acquirat, alienus vero eam acquirat domino ſuo § alienus cum quatuor ſeq. hoc eodem. Item prohibentur deportati, damnative in metallũ l.i.C.eod. nec non Hæretici & Apoſtatæ l. manicheos 4. C. de hęreticis, l. hi qui 3.C. de apoſtatis, & quod magis eſt nati ex inceſto concubitu Auth. ex complexu C. de Inceſtis nupt. & mulier nubens intra anum luctus l.i.C. de Secund. nupt., quod hodie fallit cum talis mulier non efficiatur amplius infamis c. ſuper de ſecundis nupt. ac demum inſtitui nequit collegium illicitum l. collegium 8. C. eod. ſiue perſona omnino incerta l. quoties 9. ff. eod. licet poſſit quis inſtituere eum, quem nunquam vidit & cognouit § fin. hoc eod. Immò multę ſunt perſonæ, quæ cum fuerint a principio recte inſtitutę, ob ſuperueniens delictum infamantur, hęreditateq; priuantur, vt hi, qui in teſtatoris necem conſpirarunt, vel eum in vite diſcrimine conſtitutum non adiuuarunt, aut ipſius vindictam iudicialiter non ſunt proſequuti, teſtamentumue eius impugnarunt l.i. & tot. tit. ff. & C. de his, quibus vt indignis.

Secundo poteſt teſtator & vnum, & plures hæredes inſtituere, quo caſu ſi nullę aſſignatę ſint partes, ex æquis portionibus inſtituti intelliguntur. §. ſi plures hoc eod.; ſi vero diſtributę ſint partes a teſtatore eis vtiq; ſtandum eſt præd. §. ſi plures; quod ſi ex pluribus Heredibus inſtitutis aliquibus aſſignatæ ſint partes, & aliquibus non, tũc diuidendus eſt as hæreditatis in duodecim vncias, ſiue

partes

partes, quæ ſingulæ propria nomina habent §. Hæreditas. hoc eod. & quæ ſuperſunt partes non diſtributæ, hæredibus illis debentur quibus non ſunt aſsignatæ partes d. §. ſi plures verſ partibus; quod ſi totus as diſtributus ſit, debetur illis dimidium aſsis præd. §. ſi plures verſ. ſi vero. vel ſi plus aſsis, diſtributum ſit debetur, quod ex dupondio h. e. ex duplici aſſe ſupereſt §. videamus verſ: & ſi plures hoc eod. ac demum ex omnibus partibus diſtributis quæ ſuperſunt, vel deficiunt, accreſcunt, & decreſcunt hæredibus pro portione inſtitutionis, d. §: uideamus hoc eod.

Tertio tandem hæredes duobus modis inſtituuntur ſ. vel pure, vel ſub conditione, ad certum enim tempus, vel ex certo tempore inſtitutio facta non valet §. hæres hoc eod. , nec intereſt. quod conditio ſit impoſsibilis de iure uel de facto; quia habetur pro non addiecta § impoſsibilis hoc eod. ſicut ex pluribus conditionibus alteratiue addiectis ſufficit alteram tantum adimpleri, ex copulatiue vero appoſitis omnes adimplendæ ſunt. pred. §. impoſſibilis verſ. si plures. hoc eod.

IN TITVLVM

DE VVLGARI SVBSTITVTIONE.

Super Rubrica.

CVm dictum ſit ſupra de Hæredibus inſtituendis, quorum non vnus tantum; ſed duo, vel plures gradus inſtitui poſſunt, adeo vt ſi primi hęredes inſtituti nollint, vel non poſsint hęreditatem adire ne defunctorum voluntates pereant ſubſtituti admittantur l. generaliter 6. C. de inſtit., & ſubſt. ideo meritò ſubiungitur tit. hic, cum ſeq. vbi agitur de ſubſtitutionibus h. ſ. de ſecundis inſtitutionibus

uibus de qua materia agitur etiam in titulis ff. de uulg. & pupill. ſubſtit. C. de inſtitut. & ſubſtitut. & de Impub. & aliis ſubſtit. & eſt admodum difficilis, ac fructuoſa, ex qua Baldus quindecim ducatorum millia conſulendo lucratum fuiſſe gloriatur.

In Textum.

Tria vero circa materiam huius tit. examinanda ſe offerunt; .s. Quid ſit ſubſtituto. Quotuplex, & quæ ſingulæ eius ſpecies.

Quo ad primum ſubſtitutio nil a liud eſt quam ſecunda hæredis inſtitutio, vt colligitur ex l. ex facto. 43. §. lucius verſ. nihil. ff eod; omnes enim inſtitutorum gradus poſt primum vocantur ſecundi: quemmadmodum etiam omnes nuptiæ poſt primas appellantur ſecundæ Gloſſ. in rubr. C. de ſecund. nupt.

Subſtitutionum autem duo ſunt genera, Aliæ namque dicuntur directæ; quia cum concipiantur in caſu, quo hæredes inſtituti non adierint hæreditatem, ſubſtituti directè & immediate ſuccedunt teſtatori, ac manu propria hereditatem apprehendunt: Aliæ vero dicuntur obliquæ, ſiue fideicommiſſariæ; quia cum ita concipiantur; vt cum hæredes inſtitvti hæreditatem adierint, eam ſubſtitutis reſtituant; ſubſtituti hoc caſu oblique, & mediate ſuccedunt teſtatori, ac e manu hæredum inſtitutorum hæreditatem capiunt, at de his fideicommiſſariis ſubſtitionibus, quæ idem ſunt cum fideicommisſis, agit Imp. in titulo infra de fideicom. hæred cum ſeq. de directis autem, quæ proprie ſubſtitutiones ſunt, in hoc preſenti tit. cum ſeq.

Directarum vero ſubſtitutionum quinque ſunt ſpecies Vulgaris. s. Reciproca, Pupillaris, Exemplaris, & Compendioſa. quarum duæ primæ in hoc ipſo tit. tres aliæ in ſequenti explicantur.

M Vulgaris

Vulgaris ſubſtituto, de qua agit Imp hic in § prima dicitur illa, quę fit a quolibet, & cuilibet habenti factionem teſtandi, vulgari, & communi uerborum forma, vnde vulgaris dicta eſt, cum etiam dupliciter fiat, vel expreſſe, vt in exemplo allato hic in tex. vel tacitè, vt cum teſtator ait Titius, & Seius vter eorum viuet hęres eſto, vterque enim ſi viuat eſt hæres, ſed altero ante aditam hæreditatem moriente, alter cenſetur ei tacite ſubſtitutus l. Titius, & Seius 24 ff de hæred. inſtit; Immo uulg ſubſt. in vno caſu expreſſa trahitur ad alium caſum non expreſſum, vt ſi teſtator dixerit ſi hæres eſſe nolit, intelligitur vel non poſſit, aut ſi dixerit ſi hæres non erit, intelligitur vel alium hæredem non fecerit, ſeruus enim dominum filius familias patrem hæredem facere ſemper intelligun tur § fin hoc eodem l ſi paterfamilias 40. ff de hæred. inſtit. & quod magis eſt quoties pater vulgariter ſubſtituit filio Impuberi, ſub expreſſa vulgari continetur tacita pupillaris l. iam hoc iure 4. ff. eod. vt apertius in ſeq. tit. demonſtrabimus: Effectus vero huius vulgaris ſubſtitut ille præcipuus eſt, quod cum teſtam. non poſſit ſubſiſtere, ſine hærede § ante hæredis infr. de leg. ſi eueniat vt hæres inſtitutus deficiat, vel quia nolit, vel quia non poſſit hæreditatem adire, impeditus vel de iure, vt incapax, vel de facto, vt morte preuentus; tunc teſtamentum capit vires ab hærede ſubſtituto d. l ex facto 43. ff. eod. Ac demum expirat, & euaneſcit vulg ſubſtit. ſtatim ac inſtitutus hæreditatem adit l poſt aditam 5 C. eod. & ratio eſt quia cum concipiatur in caſu quo hæres inſtitutus non adierit hæreditatem, eo adeunte ceſſat quoq; caſus ſubſtitutionis.

Reciproca, vero ſubſtit. de qua agit Imp in §. 2. 3 & 4 huius tit dicitur illa, quæ fit pluribus hęredibus inſtitutis, eisq; inuicem, & reciproce ſubſtitutis, poteſt enim teſtator non ſolum vni hęredi inſtituto vnum alium ſubſtituere, aut pluribus vnum, vel vni plures, aut plures pluribus ſed poteſt etiam eoſdem hęredes inſtitutos inuicem

ſubſtituere

ſubſtituere vt patet in l.1.C.eod.& §.& plures hoc eod. Quæ ſubſtitutio a iureconſultis reciproca, ab interpretibus quandoq; etiam breuiloqua nuncupata eſt; Et quæ pariter poteſt fieri vel expreſſe veluti Titium, & Caium hæredes inſtituo, eoſq; inuicem ſubſtituo l. cohæredi 41. §. qui diſcretas. ff. eod. vel tacite, vt in exemplo ſuperius allato Titius, & ſeius vter eorum; viuet hæres eſto predicta l. Titius 24 ff de hæred inſtit. quę tacita reciproca non habet locum niſi inter perſonas æque capaces ipſius ſubſtitutionis, & ideo ſi pater inſtituat duos filios alterũ puberem, & alterum impuberem, eoſq; inuicem ſubſtituat. intelligentur tantum ſubſtituti vulgari, qua vterq; capax eſt; non autẽ pupillari, qua ſolus impubes eſt capax l. 2. C. eod. & infra uidebimus in ſeq. tit. effectus, huius ſubſtitutionis eſt, quod ſi duo ſint ex paribus, vel diſparibus partibus inſtituti, & reciproce ſubſtituti, altero non adeunte alter ſuccedit in totum quod verum eſt etiam in ſubſtituto ſubſtituti, qui ad vtranq; admittitur, §. ſed ſi. hoc eod. ſi vero tres, vel plures ſint, vno eorum non adeunte cæteri admittuntur ad eius partem proportione inſtitutionis, adeo vt inſtitutus in vna parte hæreditatis vnam quoq; vacantis portionis habeat inſtitutus, in duabus duas §. & cum ex diſparibus hoc eod. l. 1. C. eod. exceptis duobus caſibus hic per Myſingerium rellatis. Expirat demum ſubſtit. hæc altero ex hæredibus adeunte omnes enim aliorum non adeuntium portiones ei accreſcunt, & hæc de vulgari, ac reciproca ſubſtitutione breuiter expoſita ſint.

Tacita reciproca [illegible]

IN TITVLVM

DE PVPILLARI SVBSTITVTIONE.

Super Rubrica.

PRoſequitur, Imp alias ſubſtitutionum ſpecies, inter quas cum præcipua ſit pupillaris, quæ a parentibus fit pupillis in poteſtate poſitis, dum prò cis quaſi teſtantur, qui ob ætatem ſibi teſtamentum condere nequeunt § i. hoc cod. ideo inſcribitur hæc rubrica de pupillari tantum ſub ſtitutione, de qua agitur etiam in l 2 cum pluribus aliis ff cod de vulg. & pupill. ſubſtit. l. 3. cum ſeq C. de impub. & aliis ſubſt.

In Textum.

TRia vero in huius, tituli contextu, examinanda occurrunt; Pupillaris. s. Exemplaris, & compendioſæ ſubſtitutionis naturam, & qualitates.

Pupillaris ſubſtitutio

Pupillaris ſubſtitutio dicitur illa, quę fit a patre filiis, vel nepotibus naturalibus, & legitimis, ſiue legitimis tantum impuberibus, ſiue poſthumis, in poteſtatem eius vſq; ad ipſius mortem exiſtentibus, ac in alienam poteſtatem poſt mortem non recuſuris § .1 § non ſolum, & §. fin. hoc cod. predicta l. 2. ff eod. & poteſt fieri vel ſingulis pupillis, vel vltimo morienti & nominatim, & generaliter vt exemplificatur in §. vel ſingulis, & §. ſubſtituitur hoc cod. & eſt ipſa quoq; ſubſtit. duplex.

Alia

Alia expreſſa, vt in exemplo allato in §. i. hoc eod. Alia tacita, quæ in expreſſa vulgari continetur; vt cũ teſtator inſtituto hærede filio impubere, inquit & ſi hæres non erit ſubſtituo caium, verba enim illa ſi hæres nõ erit quæ exprimunt vulgarem ſemper continent etiam tacitam pupillarem, ac ſi addidiſſet, vel in pupillari ætate deceſſerit, ſicut, & contra expreſſa pupillaris continet ſemper tacitam vulgarem, l. iam hoc iure 4. ff. eod. licet inter expreſſam, & tacitam pupillarem hoc interſit, quod ſubſtitutus ex pupillari expreſſa admittitur ad hæreditatem pupilli excluſis omnibus venientibus ab inteſtato, etiam ſi ſit mater; ex tacita vero non excludit matrem l. precibus 8. C. de impub. & aliis ſubſtit. Illud vero unum in hac ſubſtitutione maxime deſideratur, vt pater volens pupillariter ſubſtituere filio, ac pro eo quaſi teſtari, prius ſibi ipſe teſtetur, hæredem ſibi inſtituendo, vel ipſum met filium, vel alium extraneum exhæredato filio quod vtiq; facere poteſt, §. non ſolum, & §. liberis hoc eod. qui enim ſubſtituit pupillariter duo quodammodo teſtamenta conficere videtur unum ſibi, & aliud pupillo § igitur hoc eod., & ideo ſubſtit. pupillaris fieri poteſt ſeparatim à teſtamento paterno §. ſin autem hoc eod. licet vbi teſtamentum patris nullum eſt, & non valet, pupillaris quoq; ſubſtit. corruat dicto §. liberis hoc eod ſecus eſt vbi tanquam iniuſtum & inofficioſum rumpitur; ſicut enim debentur legata, Auth ex cauſa C. de liberis præt. ita quoq; ſuſtineri pupillarem ſubſtit. tenuit docte Bart. in d. l. 2. ff. eod. Effectus vero huius ſubſtit. eſt quod ſicut ex vulgari ſubſtitione quæ concipitur in caſu ſi filius hæres non erit, ſubſtitutus ſuccedit teſtatori: ita ex pupillari, quæ concipitur in caſu ſi hæres erit & in pupillari ętate deceſſerit, ſuccedit pupillo in omnib. eius bonis, non ſolum a patre, ſed a quocumq; alio obtentis §. i. in fin & § non ſolum hoc eod. cum diſtinctione tamen Bart.

Tacita subst. pupillar

Diffa int. expressam & tacit. subst. pupill.

Quid desideratur in pupillari substitut.

Effectus huius substit.

in prędicta l.2.ff eod. Postremò expirat pupilli ſubſtit. adueniente pubertate, vel adueniente die, intra quem placuit teſtatori coarctare ipſam ſubſtitutionem §. maſculo hoc eod.l.ſi ita quis 21.l.in pupillari 14. ff. eod. vbi Gloß alios quoq; expirandi modos non ita prçcipuos proſequitur.

Exemplaris, *ſubſtitutio eſt illa, quæ fit a parentibus vtriuſq; ſexus filiis, nepotibusue, furioſis, mente captis, ſurdis, vel mutis ſiue ſuis ſiue emancipatis ad exemplum pupillaris ſubſtitut. introducta; ut cum filii huiuſmodi morbo impedi.l ſibi teſtamentum condere nequeant, parentes de quibus multum confidit lex l. iſti quidem 8. ff. quod metus cauſa; eis ſubſtituere, & quodammodum pro eis teſtari valeant §. qua ratione hoc eod l.ex facto 43.ff.eod.l.humanitatis 9. C. de impub. & aliis ſubſtit. Et eſt ipſa quoq; duplex expreßa, quæ fit in caſu quo talis filius in furore, vel morbo deceſſerit, & tacita, quæ ſub expreſſa vulgari continetur, dum pater ſubſtituit filio furioſo in caſu, ſi hæres non erit, tacite enim ſubintelligitur uel ſi hæres erit & in furore, morboq; deceſſerit, vt eleganter docuit Bart præal. locis, qui etiam admonet omnia requiſita pupillaris ad exemplarem quoq; pertinere, illo maxime excepto, quod ſi filius furioſus cui pater ſubſtituit habeat filios, vel alios deſcendentes teneatur pater ipſos met ei ſubſtituere. vt probatur in d §.qua ratione in verbo certas perſonas. Effectus ipſius eſt ut ſubſtitutus ex hac ſubſtitutione ſuccedat filio furioſo in omnibus ipſius bonis undequaque acquiſitis ſicut ex vulgari ſuccedit patri; Ac demum expirat hæc ſubſtitutio ceßante per dilucida interualla, furore, vel morbo, non autem per breue momentum intermitente, d.§. qua ratione, uel etiam per agnationem filii d.l.ex facto§ 1. ff eod.*

Compendioſa *tandem ſubſtitutio, cuius materiam tractant dd in §. fin. huius tit. eſt illa, in qua teſtator ſub vnico*

verbo-

verborum compendio, & ſtructura plures ſubſtitutionū ſpecies complectitur, quæue potius eſt forma & qualitas quædam aliarum ſubſtitutionum, quam ſpecies per ſe diſtincta, pro vt etiam de reciproca dici potuit, a qua tamen in eo preſertim differt, quod illa, ut ſuperiori tit. diximus ſit duobus, uel pluribus, inuicem ſubſtitutis hæc autem vno etiam tantum ſub verborum compendio ſubſtituto. Veluti cum teſtator ait, Inſtituo heredem filium meum, qui quandocumq; deceſſerit, ſubſtituo ei Caium; Continet enim hæc ſubſtitutio virtualiter plures alias ſubſtitutiones. Adeo, vt ſi filius deceßerit Ante aditam hæreditatem, reſoluatur in vulgarem, ſi poſt aditam hæreditatem ſed in pupillari ætate in pupillarem, ſi in furore, in exemplarem, ac demum ſi deceſſerit poſt aditam hæreditatem pubes factus & ſanus, cum non poſſit reſſolui nec in vulgarem, nec in pupillarem, nec in exemplarem; conſequens eſt vt expiret, cum ſubſtitutio directa, & verbis ciuilibus h. s directis facta a Pagano in caſu, quod quis poſt aditam hæreditatem, pubes, & ſanus factus deceßerit nullius ſit momenti, ut hic in §. fin. & l. uerbis 7 ff. eod. l. precibus C. eod. ſecus in facta a milite l. Centurio 15 ff. eod. & ſecus in facta a Pagano in ſuo teſtamento verbis obliquis, vel communibus, quæ vtiq; valet, & ſubſtinetur in vim fideicōmiſſariæ ſubſtitutionis, ſiue fideicōmiſſi, adeo vt ſubſtitutus non directo, & manu propria; ſed oblique, & e manu hæredum ab inteſtato venientium hæreditatem capiat, vt nos ſuperiori tit. ad monuimus, & apertius docet Myſingerius in hoc §. fin ſed apertiſſime legiſtæ omnes in pregalegatis ll. & Canoniſtæ in c. ſi pater de teſtam. in 6.

IN

IN TITVLVM QVIBVS MODIS TESTAM. INFIRMENTVR.

Super Rubrica.

ORdinandorum teſtamentorum formas, & ſolennitates proſequutus Imp. in ſuperioribus titulis; nunc vitia, & defectus, quibus ipſa infirmantur his duobus proximis titulis proſequitur; docens primum quomodo infirmentur ipſo iure, inde per officium Iudicis, de quo agitur etiam in titulo ff. de iniuſto, rupto, & irrito facto teſtamento.

Duo vero ex hoc ipſo titulo exploranda contingunt; Quibus .s. modis teſtamenta rumpantur Quibusue irrita fiant ipſo iure, nullaq; oppoſita exceptione.

Circa primum ſciendum eſt omnia teſtam. Aut a principio iniuſta, & inualida eſſe, vt quia facta ſint a non habentibus ius teſtandi, vel non ſeruatis ſolennitatibus iuris, quas præcedentibus titulis enumerauimus. Aut a principio, iuſta, & ualida, ſed ex ſuperuenienti vitio quandoq; poſtea, rupta vel irrita facta § .i hoc. eod. l. i. ff. eod Rumpitur autem, & infirmatur teſtamentū ipſo iure. Primo per agnationem ſui hæredis, vel naturalem ut cum poſt conditum teſtamen. naſcitur teſtatori filius, de quo nulla in eo facta erat mentio l. 3. ff. eod uel ciuilem, ut cum poſt. teſtam. adoptatur, uel arrogatur quis in filium uel nepotem, § i. hoc eod. l. uerum 8 ff eod. uel etiam cum mortuo filio uiuo teſtatore, nepos, de quo nulla erat facta mentio in eius locum ſuccedendo, & quaſi agnaſcendo teſtamentum rumpit l. poſthumorum 13 ff. eod.

Rumpitur testam. ipso iure. Per agnationem hæredis tam naturalem quam ciuilem.

Secundo

ſecundo rumpitur teſtam. prius conditum per poſterius iure factum, & perfectum §. poſteriore hoc eod. nec refert quod ex ipſo poſteriori teſtam. nullus extiterit hæres, vel quia noluerit, vel quia ante aditam hæreditatem deceſſerit, aut conditione defectus fuerit; in hoc enim non rei euentus ſed voluntas teſtatoris legitima, quæ fuit recedere a priori teſtam. attenditur dicto §. poſteriore; Quod adeo verum eſt, vt etiam ſi in ſecundo teſtam. inſtitutus ſit hæres in certa aliqua re; intelligatur inſtitutus in totum ad infirmandum prius teſtam. §. ſed & ſi quis. h. t. & quod magis eſt, ſi in ſecundo teſtam. perfecto teſtator dicat ſe uelle etiam primum valere; nihilominus non valcat; niſi quo ad hoc vt ſecundus hæres retenta ſibi quarta trebelliania teneatur reſiduum preſtare primo hæredi per fideicommiſſum. prædicto § ſed & ſi quis h. t. l ſi quis priore 29. ff. ad ſenatusconſ. trebellianum. Ex aduerſo per poſterius teſtam imperfectum non rumpitur prius, niſi vel poſterius iure militari conditum ſit, vel in eo ſcriptus ſit hæres ille, qui ab inteſtato ſucceſſurus erat § ex eo autem h. t. l. 2. ff. eod. nuda n. & imperfecta teſtatoris uoluntate, vel temporis curſu teſtam. perfectum infirmari non placuit l. ſancimus 27. C. de teſtam.

Irritum vero fit teſtam. quoties teſtator mutat poſtea ſtatum, & conditionem ſuam in peius, vt cum maximam, mediam, minimamue capitis diminutionem patitur videlicet cum ſeruus efficitur, deportatur, vel arrogatur & adoptatur ab aliquo aſcendenti §. alio quoq; modo h. t., & ſupra docuimus in tit. de capitis diminutione, quod ſi tempore mortis teſtator libertatem, ciuitatem, & familiam recuperauerit, & apareat eum in eadem voluntate permanſiſſe, reconualeſcit quoq; teſtam. ſaltem de iure prætorio §. non tamen h. t. cum de iure ciuili teſtamenta ſemel irrita, vel

non iure facta nullius ſint momenti; etiam ſi in illis inſtitutus ſit hęres Imperator, cuius inſtitutio in teſtamento quoq; legitimo facta iurgij; ac litis cauſa non valet § fin. h. t. l. ex imperfecto 3. C. de teſtam. l. pen. ff. de hæred. inſtit. Sanctius enim eſſe dicebat diuus Pertinax, authore Capitolino, Rempublicam inopem tenere; quam ad diuitiarum cumulum per diſcriminum, ac dedecorum veſtigia peruenire.

IN TITULUM

DE INOFFICIOSO TESTAM.

Super Rubrica.

DIctum eſt ſuperiori tit. quomodo teſtamenta iure facta, ipſo quoq; iure infirmentur; nunc vero agitur quomodo eadem tanquam inofficioſa, & contra officium pietatis facta, officio quoq; iudicis infringantur, de qua materia adſunt tituli ff. & C. de inofficioſo teſtam.

In Textum.

DVo vero in hoc ipſo tit. breuiter obſeruanda ſunt Quibus ſ. perſonis & quibus caſibus competat inofficioſi teſtam. querela, Quibus ue ceſſet.

In

In primis autem ſicut filiis, parentibus, vel fratribus a teſtatore præteritis teſtamentum ipſo iure nullum eſt, vt ſuperiori tit. de exhæredatione liberorum demonſtrauimus; ita iiſdem iniuſte, & contra pietatis officium exhæredatis teſtamentum quidem valet, donec aduerſus ipſum inofficioſi querela fuerit inſtituta, per quam iudicis ſententia reciſſo teſtam. hæreditas ab inteſtato præſtatur §. i h e. & l. i. ff. eod. Competit igitur inofficioſi querela primum filiis, vel nepotibus, etiam poſt mortem teſtatoris natis, vel arrogatis, aut adoptatis ab aſcendenti, contra teſtamentum, in quo inique exhæredati ſunt a patre, vel præteriti a matre, cuius præteritio olim pro exhæredatione habebatur §. fin. ſup. de exhæred. lib. quod tamen hodie correctum eſſe docuimus §. aliud quoq; Auth. vt cum de appellat cognoſcitur Item competit verſauice parentibus vtriuſq; ſexus, contra teſtamentum liberorum, a quibus inofficioſe exhæredati ſunt; ac demum fratribus contra fratres conſanguineos, qui turpi inſtituta perſona fratres, & ſorores ſuas exheredarunt d. § 1. & 2. h. e l. cum filium 17 & l. fratres 28. C. eod.

Ex aduerſo ceßat inofficioſi querela quoties iam dictæ perſonæ iuſte, & legitimè exhæredati ſunt, §. i. h e. vel quoties iniuſte exhæredati quartam legitimam hæreditatis iure legati, donationis, aut alio quocumq; titulo a teſtatore adepti ſunt §. 2. & fin. h. e. licet hodie ex noua conſtitutione Iuſtiniani ſufficiat, quod minus etiam legitima conſequantur, dummodo id iure Inſtitutionis eis relictum ſit, ceſſante enim hoc caſu querela agunt ad ſupplementum legitimæ l. omnimodo 30. C. eod. quę legitima hodie non eſt amplius quadrans h ſ. quarta hæreditatis pars., ſed triens h. s. tertia ſi filij ſint vnus, duo, tres, vel quatuor, ſi plures ſemis h ſ. dimidia hęreditatis inter eos diuidenda §. fin h e. & Auth. de triente, & ſemiſſe in princip. Ceßat etiam que-

non iure facta nullius ſint momenti; etiam ſi in illis inſtitutus ſit heres Imperator, cuius inſtitutio in teſtamento quoq; legitimo facta iurgij; ac litis cauſa non valet § fin. h. t. l. ex imperfecto 3. C. de teſtam. l. pen. ff. de hæred. inſtit. Sanctius enim eſſe dicebat diuus Pertinax, authore Capitolino, Rempublicam inopem tenere; quam ad diuitiarum cumulum per diſcriminum, ac dedecorum veſtigia peruenire.

IN TITULUM

DE INOFFICIOSO TESTAM.

Super Rubrica.

Dictum eſt ſuperiori tit. quomodo teſtamenta iure facta, ipſo quoq; iure infirmentur; nunc vero agitur quomodo eadem tanquam inofficioſa, & contra officium pietatis facta, officio quoq; iudicis infringantur, de qua materia adſunt tituli ff. & C. de inofficioſo teſtam.

In Textum,

Duo vero in hoc ipſo tit. breuiter obſeruanda ſunt Quibus ſ. perſonis & quibus caſibus competat inofficioſi teſtam. querela, Quibus ue ceſſet.

In

In primis autem ſicut filiis, parentibus, vel fratribus a teſtatore præteritis teſtamentum ipſo iure nullum eſt, vt ſuperiori tit. de exhæredatione liberorum demonſtrauimus; ita iiſdem iniuſte, & contra pietatis officium exhæredatis teſtamentum quidem valet, donec aduerſus ipſum inofficioſi querela fuerit inſtituta, per quam iudicis ſententia reciſſo teſtam. hæreditas ab inteſtato præſtatur §. 1. h. e. & l. 1. ff. eod. Competit igitur inofficioſi querela primum filiis, vel nepotibus, etiam poſt mortem teſtatoris natis, vel arrogatis, aut adoptatis ab aſcendenti, contra teſtamentum, in quo inique exhæredati ſunt a patre, vel præteriti a matre, cuius præteritio olim pro exhæredatione habebatur §. fin. ſup. de exhæred. lib. quod tamen hodie correctum eſſe docuimus §. aliud quoq; Auth. vt cum de appellat cognoſcitur Item competit verſauice parentibus vtriusq; ſexus, contra teſtamentum liberorum, a quibus inofficioſe exhæredati ſunt; ac demum fratribus contra fratres conſanguineos, qui turpi inſtituta perſona fratres, & ſorores ſuas exheredarunt d. § 1. & 2. h. e. l. cum filium 17 & l. fratres 28. C. eod.

Ex aduerſo ceſſat inofficioſi querela quoties iam dictæ perſonæ iuſte, & legitimè exhæredati ſunt, §. 1. h. e. vel quoties iniuſte exhæredati quartam legitimam hæreditatis iure legati, donationis, aut alio quocumq; titulo a teſtatore adepti ſunt §. 2. & fin. h. e. licet hodie ex noua conſtitutione Iuſtiniani ſufficiat, quod minus etiam legitima conſequantur, dummodo id iure Inſtitutionis eis relictum ſit, ceſſante enim hoc caſu querela agunt ad ſupplementum legitimæ l. omnimodo 30 C. eod. quæ legitima hodie non eſt amplius quadrans h. ſ. quarta hæreditatis pars., ſed triens h. s. tertia ſi filij ſint vnus, duo, tres, vel quatuor, ſi plures ſemis h. s. dimidia hæreditatis inter eos diuidenda §. fin h. e. & Auth. de triente, & ſemiſſe in princip. Ceſſat etiam que-

rela hæc quoties exhæredatus approbat teſtam ipſum vel nomine ſuo vel tanquam aduocatus l.nihil 12.& l.fin h.e.ſecus ſi tanquam tutor §.ſi tutor h.e.;ſicut ex aduerſo ammittit omne commodum ex teſtam qui falſam quærelam contra illud nomine proprio non nomine tutorio inſtituerit d.§.fin.,& l.Papinianus 8.§.memi niſſe ff.eod.

IN TITULUM

DE HÆREDUM QUALITATE ET DIFFERENTIA.

Super Rubrica.

HÆredum inſtituendorum materiam ſuperiori tit. de hæredibus inſtit. inchoatam, perficit Imp.in hoc ipſo titulo,ad cuius cognitionem tria examinanda ſunt .ſ. Quid ſit Hæres, Quot ſint hæredum ſpecies,& Quomodo adeatur hæreditas.

In Textum.

ET primo hæres eſt ſucceſſor in vniuerſum ius, quod habuit defunctus tempore mortis , ut colligitur ex l.hæreditas 63. ff. de reg. iuris dictus quaſi herus & dominus §.fin.h.e .vel vt placuit

cuit Viglio ab hærendo, quia proximus hæreat defun-ſto, cum quo una, & eadem perſona cenſetur Auth. de iureiur.a morient. præſt. in principio.

Hæredum præterea tres ſunt ſpecies, quorum alij neceſſarij, alij ſui, & neceſſarij, & alij extranei appellantur. §. 1 h e Neceſſarij erant apud Romanos ſerui proprij teſtatoris, quoniam vel inuiti hæreditatem ſimul cum libertate adire compellebantur, ne bona dominorum creditoribus non ſufficientia ſub eorum nomine ſubhaſtarentur §. neceſſarius h.e. & §. 2 ſupra. quibus ex cauſis manum. non licet. Sui, & neceſſarij hæredes ſunt filij vel nepotes, qui in poteſtate teſtatoris tempore mortis eius, ac primi in gradu ſuccedendi exiſtunt §. ſui h.e. dicti ſui quaſi domeſtici hæredes quoniam & viuentibus parentibus quodammodum domini cenſeantur, & illis mortuis primum ſucceſsionis locum vindicent, adeo vt potius antiquum dominium in eis continuare quam nouum accedere videatur prædicto §. ſui. & l. in ſuis ff de lib. & poſth. dicti vero neceſſarij quoniam ipſis quoq; de iure ciuili ex diſpoſitione legis duodecim tabul. adeundi neceſſitas imminebat, quę poſtea de iure prętorio ſublata eſt, conceſſa libertate filiis abſtinendi a paterna hæreditate d. §. ſui in fin. & l neceſſarius 57. ff de acquirenda hæred. Extranei demum hęredes ſunt illi omnes, qui poteſtati, & dominio teſtatoris morientis ſubnixi non ſunt, adeo ut liberi antea emancipati, ſeruiq; manumiſſi, & filij a matre, quæ non habet in eos ius poteſtatis, inſtituti extranei dicantur § cæteri h.e. quoniã ſicut nolentes hæreditatem adire non compelluntur ita volentes paſſim admittuntur; dummodo teſtamenti factionem habuerint tribus temporibus, conditi ſ. teſtam. mortis teſtatoris, & adeundæ hæreditatis §. in extraneis h.e. factionem inquam paſsiuam, quam dicuntur habere ij qui hęredes inſtitui poſſunt, cum non ſit neceſſe vt habeant actiuam

ſtiuam h.s.vt poſſint condere teſtam.d.§ in extraneis verſ teſtamenti.h.e.

Hereditas demum tam teſtamentaria quam legitima duobus modis adiri poteſt ab eo,qui certus eſt teſtatoris defuncti ſibi hæreditatem ſpectare l. qui hæreditem 19.ff.eod. uel facto ipſo,ut cum hæres animo adeundi hereditatem pro hærede gerit,ſe inmiſcendo rebus hæreditatis,vel verbo ut cum aperte declarat ſe uelle hæredem eſſe § fin. h.e.l.pro hærede 20 ff eod;ſicut autem qui ſemel hereditatem adierit eam repudiare non poteſt,niſi minor, aut miles ſit,vel grande es alienum quod antea latebat emerſerit; ita hæreditatem adituro deliberandi annus veteri iure indultus eſt, nouaq; Iuſtiniani conſtitutione amplius ſancitum,vt ſi hæres in adheunda hæred. ſolenne quoddam hæreditatis inuentarium manu notarij ac trium teſtium preſentia confecerit,& ſubſcripſerit,non teneatur creditoribus,& legatariis vltra vires hereditarias,deducta etiam legitima,falcidia,& trebellianica §. penultimo h.e.l.ſcimus 22.C.de iure deliberandi.

IN TITVLVM

DE LEGATIS.

Super Rubrica.

MAgna vltimarum voluntatum pars circa legata, & fideicommiſſa uerſatur; propterea quod nullum ferè conficiatur teſtam. in quo legata, & fideicommiſſa aliqua non relinquantur; ideo

de

de his latius agendum erit, & non permixtì, ſicut in pandectis, ſed ſeparatim vt admonet. Imp. in §. ſed ne in primis h.e., & primo de legatis in hoc titulo, & ſub hoc ordine, ut primum breuiter declarata rubrica, textualium declarationem commodius aggrediamur. Tria vero ſuper hac rubrica animaduertenda ſe offerunt, Connexio ſtituli, Senſus verborum ipſius, & Origo, vſuſq; legatorum, vnà cum locis communibus huius materiç.

Quoad primum cum actenus dictum ſit de teſtamentis ac de hæredibus inſtituendis, vel exheredandis, quæ teſtamentorum partes ſubſtantiales ſunt §. ante hæredis h.e. opportune ſequitur agendum, de accidentalibus, quæ ſunt legata, & fideicommiſſa, nec intereſt quod cum legata, & fideicommiſſa acquirantur titulo ſingulari uideatur incongrue de illis tractari inter modos, quibus per vniuerſitatem acquiritur, quia non eſt inconueniens diuerſas materias ſimul iungi, ubi aliqua vicinitatis ratio ad ſuadeat, ut aperte colligitur ex §. i. hoc eod. Connexio tituli

Inſcribitur præterea hæc rubrica de legatis, quod verbum lego deductum eſt, vt arbitror, a uerbo grçco λεγω, quod eſt loquor; loquuntur enim qui legata relinquunt, adeo vt cùm de iure antiquo certa quædam formalia uerba in vſu eſſent, quibus legaretur, fuerunt poſtea ab Imperatoribus ſublata, ut infra videbimus in §. ſed olim h.e. Et ſumitur hoc uerbum lego in iure dupliciter, uno modò latè & Improprie, pro vt ſignificat quamcumq; ultimam uoluntatem, unde habetur in legibus duodecim tabularum Vti quiſq; legasſit ſuç rei, ita ius eſto l. uerbis legis 120. ff. de verb. ſign. Immo verbum lego addiectum uniuerſitati bonorum, ueluti lego bona mea Titio, inducit hæredis inſtitutionem, ut tenuit Bart in l. Cëturio 15. ff de uulg. & pupill. ſubſ. Alio uero modo ſumitur ſtrictè, & proprie Legati Ethimologia

prie pro ut ſignificat uerum legatum, quòd eſt pars teſtamenti, non integralis, ſicut hæredis inſtitutio; ſed ut diximus accidentalis, ſine qua teſtam. rite ſubſiſtit l. i. §. qui neq; ff. de hæred. inſtit.

Legata unde initium habuerunt.

Introductus fuit demum legatorum vſus, vt ipſe opinor ab eodem met iuregentium, a quo introductus fuit quoq; vſus teſtamentorum, vt dictum eſt ſupr. in rubr. de teſtam.; licet poſtea a Iure Ciuili latius auctus, & confirmatus fuerit; vt admonent tot iuris tit. ubi de legatis tractatur nempe ff. de legatis. primo ſecundo, & tertio & C. de legatis. & Communia de legatis.

In Textum.

ADeo modo textum huius tit., cuius latam materiam interpretando ad quinque hæc præcipua capita redigo iuxta ordinem literæ explicanda. Quid ſit legatum; Quotuplex, Quæ res legari poſſint, Quibus perſonis, & Quibus modis.

Deff.o Legati 1

1 *Deffinitur autem legatum ab Imp. in §. legatum h. e., vt ſit donatio quædam a defuncto relicta, ab hærede præſtanda, quæ diffinitio deſſumpta eſt ad uerbum ex Modeſtino in l. legatum 37. ff. de legatis 2. cum tamen Florentinus in l. legatum 119 ff de leg. primo dicat legatum eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo, quod vniuerſum hæredis foret, alicui quid collatum uelit, Quæ duę legati diffinitiones non differunt, ut arbitror niſi in eo quod illa pręcipue, tradatur per cauſam materialem; materia enim legati eſt illa portio hæreditatis; quæ cum aliàs futura eſſet hæredis uoluit defunctus eam legatario relinquere, & ideo meritò*

2.

ritò dicitur delibatio hæreditatis, quia legata non debent totam abſorbere hæreditatem, vt olim per legem duodecim tabularum licebat; ſed eam minuere plus, & minus arbitrio defuncti uſq; ad dodrantem h. s. ad tres partes ex quatuor §.i infra de leg. ſalcid. Hæc vero noſtra deffinitio tradatur preſertim per cauſam formalem; de forma namq; legati eſt, vt donetur a defuncto, & præſtetur ab hærede, ideo iuremeritò appellatur donatio, quia procedit ex mera liberalitate defuncti; ſicut & aliç donationum ſpecies l. pri. ff de donationibus Quç duæ ſunt præter legatum, ut ſupra docuimus in tit de donat. donatio ſ. inter uiuos, quæ connumeratur inter contractus, & donatio cauſa mortis, quæ eſt ſpecies ultimarum uoluntatum, in plurimis çquiparata legato. §. mortis cauſa & ibi latè diximus ſupra de donat. nec refragatur aduerſus hanc diffinitionem, quod legatum non poſſit dici donatio, quia donatio a mera liberalitate procedat l.i ff. de donat. legatum vero a neceſſitate quam habet defunctus omnia cum uita relinquendi; uel quod falſo dicatur a defuncto relicta cum defunctorum nullum ſit uelle l. i. C. de Sacroſanct Eccleſ., & falſiſſime ab hærede tantum prçſtanda, cum hodie liceat etiam a legatario legare; quo caſu præſtandum eſt legatum a legatario §. i. & 2. infr. de ſing reb. per fideicom. relic. Reſpondetur enim quod licet non exerceat teſtator liberalitatem in legando id, quod habet neceſſe relinquere; exercet attamen in legando, ei cui nulla neceſſitate cogebatur legare; immo cum legatum ſortiatur tantum effectum defuncto teſtatore arg l.i. ff. de teſtam. meritò dicitur a defuncto relicta, & cum legatarius in eo caſu vires hæredis obtineat, non inepte dicetur ab hærede præſtanda.

Quo ad ſecundum caput legatorum; ſicut etiam teſtamentorum duo ſunt genera, vnum quo vtebantur olim antiqui, aliud, quo nos vtimur hodie. Antiquorum legatorum quatuor erant ſpecies; pro ut quatuor verborum formulis

concipiebantur ſ. per uendicationem, per damnationem, per ſinendi modum, & per prçceptionem, vt docet, & exemplificat poſt textum gloſſ in § ſed olim h.e. quas tamen verborum formulas Imperatores voluntatibus defunctorum potius, quam verbis eorum faventes e medio ſuſtulerunt nouum inducentes legatorum genus, quod quibuscunq; verbis, & quocumq; ſermone apto exprimere voluntatem defuncti fieri poteſt dicto.§ ſed olim, & l.2. C.communia de legat., & quod magis eſt nutu etiam ab eo, qui loqui poteſt.l.nutu 21.ff.de leg.3 adeo ut ſi dubium oriatur circa voluntatem defuncti recurrendum ſit ad iudicem, l. voluntatis. 7. C. de fideicomm., qui primum inquirere debet quid voluerit teſtator l. in conditionibus 19. ff. de condit & demonſtrat deinde quid ſit uerisſimilius l.ſi ſeruus 53.§.fin.ff.de leg. pri. quod ſi non appareat ad proprium verborum ſenſum reccurrct l. non aliter 67 ff de leg.3 .ſequendo ſemper id quod minimum eſt, l. idem Iulianus 41.§ ſcio ff.de leg i.ſuſtinendoq; ſemper quantum fieri poteſt voluntates defunctorum l.ſi quando, 112.ff.de leg. i. quarum etiam fauore legata, & fideicommiſſa ſingularia, quæ antea in plurimis differebant; ab Imp. in omnibus exequata ſunt §. ſed non uſq; h.e.l i ff.de legat pri.l.2 C.commun. de leg. Adeo vt quemadmodum fideicommiſſa relinquuntur etiam ab inteſtato uel poſt mortem hæredis, aut legatarij: ita & legata § poſt mortem h.e. §. præterea infra de fideicom. hæred. & e contra ſicut legata neceſſariò prçſtanda ſunt; ita & fideicommiſſa §.i. infra de fideicom. hæred., & quod magis eſt omnes actiones, quæ pro legatis competunt, pro fideicommisſis etiam competere dicuntur prædicto § ſed olim verſ noſtra, h e. quæ tres prçcipuæ recenſentur ibidem; nempe actio perſonalis, ſiue condictio ex teſtamento, actio realis, quæ & rei uendicatio appellatur & hypothecaria, de quibus cum late acturi ſimus in titulo infra de actionibus; ſat erit hic obiter docuiſſe, quod ſicut competit rei uendicatio quotiens

tiens legatur res determinata, quæ non recipit functionem in genere ſuo, & cuius dominium tranſit a morte teſtatoris in legatarium l.a Titio 66.ff.de furtis; ita cum legatur res indeterminata cuius electio ſpectet ad hæredem, vel fungibilis, aut aliena, competit condictio, ex qua ſi contractu inter hæredem, & legatarium § hæres infr. de oblig.ex quaſi contractu, ac demum ubi res legata non ſubeſt; competit hypothecaria contra omnia bona, teſtatoris, legatario tacite hypothecata l. pri. in fin.C.com.de leg.

Accedit tertium principale caput; quæ res s legari poſſint, de quo late agit Imp. hic in § non ſolum cum decem octo ſequentibus, uſq; ad §. legari; ſed latius iuriſconſulti in titulo de legatis primo, cum quindecim adiunctis tit, quorum latiſſimam materiam quantum fieri poteſt perſtringendo primum quærimus, quæ nam legari expreſſe prohibeantur, deinde quæ legibus permiſſa ſint, ſub quibus regulis & ſub quibus diſtinctionibus.

In primis autem legari vllopacto nequeunt ea, quæ nec ſunt, nec poſſunt eſſe in rerum natura, ut hyppocentaurus l. quidam 7 ff de tritico, & uino legato, vel quæ in comercium non ſunt, ut res ſacræ ſanctæ, & publicæ, l. idem Iulianus 41.§.fin.ff de leg.pri. et § non ſolum hac eod. cũ diſtinctione gloſſ. ibidem in verbo nec æſtimatio; item legari nequeunt vni domus, & alteri columnæ illius l. cætera 43 ff de leg.i. nec demum legata per ſe turpia aliquo pacto ualent.l.turpia 57.ff.de legat.i.

Ex aduerſo legari poſſunt omnes res non ſolum teſtatoris, ſed hæredis, ſed alienæ, ſed communes dicto §. non ſolum, h.e. cum diſtictione tamen, ut quoties teſtator legat rem ſuam propriam, vel hæredis ualeat legatum etiam ſi putauerit eſſe alienam; veritas enim opinioni preualet §. ſi quis rem ſuam h e.l vnum ex familia 69.§. ſi rem.ff. de leg 2. quoties vero legat rem alienam non ualet legatum, niſi teſtator ſciuerit eſſe alienam, vel niſi relictum ſit coniunctæ perſonæ, cui præſumitur teſtatorem affectio

nis,gratia omnino tantundem legare voluiſſe,prædicto §. non ſolum. & l. cum rem C.de legat & ideo tenetur hæres eam redimere,uel præſtaro æſtimationem ditto §. nō ſolum h. e. ac demum quoties legat rem communem ſiquidem inter ſe & hęredem,ualeat legatum,etiam ſi hoc ignorauerit teſtator,ſi uero inter ſe, & alium , uel inter hæredem & alium; tunc ſi ſciens eſſe communem rem totam expreſſe legauerit tota debeatur, ſi uero ignorauerit,uel non expreſcerit, pars tantum teſtatoris vel hæredis præſtanda ueniat l ſerui electioae .ſ.§.penult. & vlt. ff.de leg i.Et quod dicimus de re aliena legata intelligitur etiam de re teſtatoris, alteri obligatā , quam ſi ſciens obligatam legauerit tenetur hæres , uel eam liberare & ſic liberam tradere , uel ſoluere æſtimationem ipſius; ſi vero ignorauerit tenetur ipſe met legatarius eam ſibi liberare §.ſed ſi rem ſuam h.eod., niſi legatarius ſit coniuncta perſona,uel niſi res pro tantum eſſet obligata, quātum valebat, quo caſu ſi legatarius eam ſibi lueret nullā ex legato vtilitatem caperet,l.ſi res 60 ff de leg.1. Hinc eſt quod cum res propria legatarij non poſſit ei legari, quia ex legato nullum perciperet commodum § ſed ſi rem legatarij h. e. , ſi tamen fuerit obligata teſtatori, vel alteri ualet legatum quia tenetur hæres eam legatario liberare l.ſi tibi homo 88.ff de leg.pri. ſicut etiam ualet legatum rei legatarij hoc addiecto,cum ſua eſſe deſierit l.i. in fin ff.de reg Catoniana . Hinc etiam eſt, quod ſi legetur res aliena, cuius dominium legatarius poſtea aliunde nanciſcatur titulo,& cauſa lucratiua,vt alio legato uel donatione legatum, non debetur §. ſi res aliena h e. ratione ibidem reddita , quia duæ cauſæ lucratiuæ in eandem perſonam, & rem concurrere nequeunt l. ſi ſeruus. 111.§ ſtichum ff.de leg pri. ſecus eſt ſi dominium nactus ſit titulo,& cauſa onerosa,emptionis,uel dotis;tenetur namq; hæres omnino pręſtare æſtimationem prædicto §.ſtichum ;& ideo si bis eadem res legetur ſemel tantum debetur,ſed ſi bis legetur quantitas,bis quoq; prę-

ſtanda

ſtanda uenit l planè 34.ff de leg i.l.Titia 89.ff.de leg.2. Quòd habet etiam locum vbi rei alienæ legatę proprietas, vel vſusfructus ad legatarium peruenerit titulo lucratiuo, alterum enim tantum præſtandum venit; ſecus ſi titulo oneroſo § ſi cui fundus h.e.

Præterea legari quoq; poſſunt res, quæ in rerum natura nō ſunt, futuræ tamen ſperantur, vt fructus, partusue naſcituri, §. ea quoq; res h. e l. quod in rerum natura 24. ff. de leg.i. l.etiam 17.ff de leg.3. Vnde dubitarunt interpretes an huiuſmodi legatum ſit purum; adeo vt moriente legatario poſt mortem teſtatoris & ante adhitā hæreditatem tranſmittatur ad ſucceſſores eius; an potius conditionale, adeo vt moriente legatario ante quam fructus, vel partus naſcantur; legatum extinguatur; iuxta l.vnicam §. ſin autem C de caducis tollendis; & concludunt, huiuſmodi legatum eſſe quidem conditionale quo ad natiuitatem obligationis, quæ non oritur nec cedit dies niſi fructus naſcantur, l. cum ita legatum 16.ff. quando dies leg.cedat; quo uero ad tranſmiſſionem cenſeri purum, quia uidetur potius addiecta mora, & tempus quo naſcantur, quam conditio l.quod pure 6 in fin.ff. quando dies leg ced; Cedere enim diem ſignificat rem deberi, venire autem diem, rem peti poſſe l. cedere diem 213, ff. de uerborum ſignif. & ideo ſicut in legatis puris, uel ad certum tempus, cedit quidem dies a morte teſtatoris; uenit autem ab adhita hæreditate, uel ab aduentu certi temporis, adeo ut ſi interim moriatur legatarius tranſmittat legatum ad ſucceſſores: ita in legatis conditionalibus uel ad tempus incertum nec cedit, nec uenit dies, niſi exiſtente conditione, uel tempore; proinde prẹmoriente legatario non tranſmittitur legatum ad ſucceſſores, l.ſi poſt 5.l.ſi dies 21.ff.quando dies leg ced dicta l vnica §.ſin autem C de cad. toll.

Amplius ſicut legari poſſunt res plures vni ut infra uidebimus; ita & una pluribus, § ſi eadem res h.e.idq; vel alternatiue ut puta Titio, aut Seio rem lego, quo caſu al-

ternatiua

ternatiua illa benigniori interpretatione reſſoluitur in cō iunctiuam, adeo vt ambo æqualiter admittantur l. cū qui dā 4. C. de uerb. ſign., vel coniunctim re tantum, verbis tā tum; aut re, & verbis ſimul l. re coniuncti 87. ff. de legat. 3. l. triplici 142. ff. de uerb. ſignifi. Re coniunctim legatur quoties vna, & eadem res pro indiuiſo legatur duobus, vel pluribus ſub diuerſis uerbis; ueluti Titio lego fundum tuſculanum; Caio lego eundem fundum; hoc enim caſu quia non uerba, quę diſtincta ſunt; ſed res, quæ indiuiſa legatur coniungit legatarios ideo re tantum coniuncti dicuntur. Verbis coniunctim legatur, quoties ſub unica verborum ſtructura res vna pluribus legatur, aſſignatis cuiq; partibus, vt puta Titio, & Caio lego fundum tuſculanum æqualiter diuidendum; tunc enim quia verba coniungunt eos, inter quos res diuiſa legatur ideo verbis tantum coniuncti appellantur; Re tandem & verbis coniunctim legatur cum vna res indiuiſa legatur pluribus unico uerborum ambitu, veluti Titio, & Caio lego fundum tuſculanum; ideoq; hi re & verbis ſimul coniuncti nuncupantur; ex quo fit, vt ſi vnius rei plures extent legatarij, quorum alij re, alij verbis, & alij re, & verbis coniuncti ſint, & omnes concurrant ad legatum, illud inter eos æqualiter diuidendum ſit; niſi aliter conſtet de mente teſtatoris, dicto § ſi eadem res h. e. & l. vnica §. vbi autem C. de cad. tol. ſi uero alter eorum vel repudiet legatum, vel viuo teſtatore decedat eius portio aliis collegatariis ſibi coniunctis accreſcit, ſed quo nam ordine admittantur ambigua eſt tum iurium, tum doctorum ſententia, nos ſecundum æquiorem intellectum legis re coniuncti, Gloſſæ, & Bart. ibidem dicamus. re & verbis coniunctum eſcluſis alijs ſolum admitti; eo vero deficiente, re tantum, & verbis tantum coniunctos pariter admittendos, alterum per ius non decreſcendi; alterum uero per ius accreſcendi; vt pulchre explicat Miſingerius hic.

Inſuper poteſt creditor legare creditum ſuum uel alienum ipſi met debitori, quo caſu debitor non ſolum habet exceptionem

tionem contra hæredem petentem; ſed actionem etiam ad cogendum hæredem ut eum liberet § ſi quis debitori h. e. l. i. l. 4. l. non ſolum 9. ff de liberatione legata; ex aduerſo debitor non poteſt legare debitum creditori, niſi forte plus contineatur in legato, quam in debito, veluti ſi id quod ſub conditione, uel ad tempus debebatur pure legatum ſit, valet enim legatum propter repreſentationem; h. s. propter vtilitatem, quam conſequitur creditor; vt explicat Miſingeriũs hic, nec intereſt quod uiuo teſtatore purificetur legatum per exiſtentiam conditionis, uel temporis, quo caſu cum iam nullum amplius commodum conſequatur legatarius non videbatur valere legatum, propter regulam quod actus deueniens ad eum caſum, a quo incipere nequit uitiatur vt hic, & l. pluribus 190. ff. de verb. oblig quia actum perfectũ, & conſumatum licet deueniat ad eum casum, a quo incipere nequit non vitiari tenuit Bart. in d. l. pluribus §. 2. numero 4. Hac eadem ratione poteſt maritus legare uxori ſuæ dotem, quę omnino ei poſt mortem mariti reſtituenda erat § ſed ſi uxori h e. propter commodum, quod conſequitur vxor in eo quod actione ex legato poteſt illico poſt mortem mariti petere tam mobilia quam immobilia; actione autem de dote poteſt mobilia tantum intra annum, immobilia uero ſtatim petere l. unica §. exactio C. de rei vxoriæ act., verum nihilominus eſt, quod ſi maritus leget aliquid ſimpliciter vxori nõ videtur legare pro dote, & ideo vtrũq; ei debetur dicta l. vnica §. primum; ſi uero leget indiſtinctè uxori dotem cum nullam acceperit nõ valet legatum, propter eius incertitudinem; ſecus eſt, ſi adiecta certa quantitate ueluti lego vxori meæ centum, quæ in dotem accepi; licet enim nihil acceperit legatum ualet, ut hic in prædicto §. ſed ſi vxori & l. eum ſcriptum 7. ff. de dote pręlegata, quia falſa demonſtratio non vitiat legatum §. huic proxima infr eod, & l. falſa demonſtratio 33. ff de condition. & demonſt.

Præterea ſicut vna res pluribus legari poteſt, vt ſuperius dictum.

eſt, ita & plures vni , quo caſu vel res illæ ſunt de ſui natura diſtinctæ & ſeparatæ, vt ancilla cum nalis & tunc quot ſu it res, tot ſunt legata, & vna extincta debetur al tera §. ſi quis ancillas h.e. & l. ſi ancilla 3. ff. de pecul. imo ſi extincta ſit mora, dolo, culpa ve hæredis debetur quoq; æſtimatio illius , idem eſt ſi legata eſt res in genere ueluti lego equum, uel in re fungibili lego decem aureos, cum enim genus & functio perire non poſunt l. incendium m i. C. ſi certum petatur hęres ſemper tenetur legatum præſtare, ſecus eſt ſi legata ſit res in ſpecie non fungibili uelu ti talem equum, talem veſtem , perit enim legatario tanquam domino §. ſi res legata h. e. l. a Titio 66 ff. d. furtis; propter regulam qua res domino perire dicitur l. pignus 8. C. de pignor. act. , Vel ſunt res de ſui natura coniunctæ vt acceſſorium cum principali, & extincto acceſſorio nihilominus debetur principale , extincto vero principali, ſi quidem coniunguntur per dictionem , &; veluti lego equum & ſelam, non extinguitur legatum acceſſorium, ſi per dictionem, cum, veluti fundum cum inſtrumentis, extinguitur. pręđicto §. ſi quis ancillas h. e. l. ſi cui 5 ff. de fund. inſtr. inſtrum legato; Vel ſunt coniunctæ vt partes in ſuo toto membra ue in ſuo corpore, & tunc ſiue ſit legatum totum ſubſtantiale ut equus, lapis, ſiue integrale vt domus, nauis, ſiue quantitatiuum continuum ut ager, fundus, ſiue diſcretum, ut grex, pecunia omnino ſancitum eſt quodcumq; rei legatæ augumentum ſiue dimunitionem a die conditi teſtamenti ad ipſum legatarium pertinere, §. ſi grex hoc ed. & l. grege 21 ff. de leg. i. Hinc eſt quod legato alicui peculio, quidqu id accedit , uel decedit legatarii lucro, uel damno cedat, cum diſtinctione textus in §. ſi peculium cum ſeq. hac eod

Accedit quod legari poſſunt non ſolum res corporales ſicut hucuſq; vidimus ; ſed etiam incorporales ut ſeruitutes actiones, & credita §. tam autem h. e. l. cætera 43. ff. de leg. i. quo caſu tenetur hæres ea legatario cedere l. ex legato 18. C. eod. niſi teſtator uiuens ea exegerit, cenſetur enim

enim reuocatum legatum; præterquam in tribus caſibus rellatis a Gloſſ. in d. §. tam autem in verbo niſi.

Immo legantur, quoq; facta ipſa, veluti quod hæres teneatur, legatarij domum reficere, eumue a certo debito liberare prædicto §. tam autem & l. fideicommiſſa xi. ff. de leg. 3.

Poſtremoq; legari poſſunt non modo indiuidua rerum, quæ Iurisconſulti uocant ſpecies; ſed etiam ſpecies ipſæ, quas illi vocant genera §. ſi generaliter h. e. l. legato generaliter. 37. ff. de leg i. idq; cùm hanc diſtinctione, quod vel genus legatum habet fines a natura, vt lego equum, lego bouem, & valet legatum; ita tamen, vt ſi teſtator habuerit equos vel boues optio, & electio ſit legatarii; ſi non habuerit hæredis. l. ſi ſeruus. 111. ff. de leg. 1. l. 2. ff. d Opt. legat. Aut genus habet fines ab homine, vt lego domum, lego nauam, & ſiquidem teſtator habuerit domum, vel nauem valet legatum, & electio eſt hæredis; ſi non habuerit non valet l. ſi domus 74. ff. d. leg. i. Aut habet fines a pondere, numero, vel menſura vt lego aurum, pecuniam, vinum; & eo caſu vel legatur indiſtincte, & non ualet legatum, niſi teſtator tale genus habuerit, aut legatur certa quantitas auri, pecuniæ, vini, & ſiue habuerit ſiue non habuerit valet legatum, & electio eſt ipſius hæredis ita tamen vt in omnibus caſibus, in quibus diximus, heredi, vel legatario, competere electionem ex diſpoſitione legis debeat ſemper eligi res in qualitate mediocris, in quantitate minima l. qui concubinam 29. l. numis 73. ff. de leg. 3. ; ſecus eſt quando optio competit heredi vel legatario ex diſpoſitione teſtatoris, poteſt enim ille deteriorem, hic meliorem, ac maiorem eligere, prædicta l. 2. ff d. opt. leg. & ſi legatarius ante electionem deceſſerit tranſmittit ius eligendi ad ſucceſſores, qui ſi in eligendo diſſenſerint ad ſortem reccurrendum eſt §. optionis h. e l. fin C. communia de leg. Cęterum vbi legatur genus generaliſſimum, vel ſubalternum, veluti lego ſubſtantiam, lego animal, inutile, & elluſorium eſt legatum, quia hæres

dando feſtucam, vel muſcam liberaretur D. D. *hic in d. § ſi generaliter,& in d.l. legato generaliter,*

Quod attinet ad quartum precipuum caput huius materiæ ſciendum eſt, quod quemmadmodum illi ſolum legare, & fideicommittere poſſunt , qui teſtamenti factionem actiuam habent, hoc eſt qui teſtam. condere poſſunt l 2 ff. de leg i l i. ff. de leg 3. & ſupra diximus in titulo quibus nō eſt per ſac. teſt: ita ex aduerſo illis tantum legari poteſt qui paſſiuam teſtandi factionem retinent h. qui hæredes inſtitui poſſunt §. legari h. e omnes autem hæredes inſtitui queunt , qui expreſſe non prohibentur prohibitaſq; perſonas late recenſuimus ſupra in tit. de hæredibus inſtit. , interquas præcipue prohibentur perſonæ incertæ, quibus, olim nec legari, nec libertates dari , nec tutelas, iniungi poterat § incertis h e quod tamen hodie fallit vbi incertitudo poteſt aliquo pacto certificari, uel ex futuro euentu, vt cum quis legat poſthumo naſcituro etiam alieno, dumodo in vtero eius ſit, quæ poſſit eſſe uxor. § poſthumo h e. vel ex aliqua alia coniectura , vt cum teſtator errauit in nomine, cognomine, prænomine, vel agnomine legatarii , & de perſona eius conſtat § ſi quidem in nomine h.e. uel cum legauit ſub falſa demonſtratione, & cauſa, cum de perſona non dubitetur, vt exemplificat Imp. in §. huic proxima, cum ſeq; h. e. & in l. ſi in nomine 4. C de teſtam. Quæ omnia procedunt etiam vbi erratum fuerit in nomine proprio rei legatæ, ſecus ſi in nomine appellatiuo , ea ratione quia nomina propria ab homine imponuntur & mutabilia ſunt , ſed appellatiua a natura pendent , & inuariabilia ſunt l. ſi quis in fundi vocabulo 4 ff de leg primo & Ariſt. 2. de interp c. 2 cæterum vbi adeo incerta eſt perſona, vel res vt aliquo pacto certificari nequeat legatum nullo pacto debetur l. Paulus 5 ff de rebus dub. licet ſi per errorem ſoluatur repeti non poſſit, §. incertis h. e. quia naturaliter debitum, quale eſt huiuſmodi legatum, ſi per errorem ſoluatur repeti nequit §. is quoq; & ibi late dicemus in

fr.

ſt. quibus mod. re contrah. oblig. Præterea licet ſeruo regulariter legari poſſit ſicut, & hæreditas relinqui, vt ſupra diximus in tit. de hęred. inſtit. fallit attamen in ſeruo hæredis, cui pure legari nequit, ſub conditione autem ſic vt late docet tex. in §. an ſeruo h. e. ſed parum vtiliter, propter antiquatum vſum ſeruorum.

Poſtremò legata hodie multipliciter relinquuntur tam ante hæredis inſtitutionem quam poſt, §. ante hęredis h. e. l. ambiguitates 24 cum ſeq. C. de teſtam. & cum in vita hæredis, vel legatarij; tum etiam poſt eorum mortem, vel pridie quam moriantur §. poſt mortem h. e. Præterea legata tribus modis relinqui poſſunt vel pure, & ſimpliciter, vt lego centum vel in diem, vt lego centum calendis, aut lego centum in ſingulos annos l. 3. & 4 ff de annuis legatis. Vel demum cum addiectione demonſtrationis, cauſæ, conditionis, modi, aut pœnę; Cùm addictione enim demonſtrationis legatur, quoties teſtator quicquam de re legata, vel de legatario dicit, quod etiam ſi falſum ſit non vitiat legatum, vt in exemplo §. huic proxima h. e. l. falſa demonſtratio 33. ff. de condit. & demonſt. Cum adiectione cauſæ, vt cùm teſtator cauſam aliquam legandi adducit, quę licet vera non fuerit legatum nihilominus valet vt exemplificat textus in §. longe magis h. e. Cum addiectione conditionis quæ ſi fuerit impoſſibilis, vel turpis non vitiat legatum, quia pro non addiecta habetur § impoſſibilis ſup. de hæred. inſtit., cuius contrarium euenit in contractibus § ſi impoſſibilis inſr. de inut ſtip: ſi vero fuerit poſſibilis omnino adimpleri debet, vt legatum debeatur præd. §. longe magis in fin, & l. i ff de cond. & demonſt; Cùm addiectione modi, veluti lego centum Titio vt litteris incumbat, & perinde eſt ac ſi legatum eſſet ſub conditione, l liberto 21. § Lucius ff de annuis leg niſi in eo. quod legatum conditionale non debetur niſi adimpleta conditione l. legata ſub conditione 41. ff. de cond. & demonſtr.; legatum vero ſub modo ante modum impletum peti poteſt, dummodo caueat le-

gatarius de modo implendo, l. ſi tibi legatum 19. ff. de leg. 3. tot tit C. de his, quę ſub modo legantur. Cum addiectione tandem pœnę, vt cum vrgendi hęredis vel legatarii cauſa aliquid legatur, vel adimitur quod ſi non fuerit obſeruatum pœna omnino committitur, niſi illud ipſum turpe aut impoſſibile ſit. quia pro non adiecto habetur, vt late docet, & exemplificat textus in §. final. huiusmet tituli, ad cuius breuem interpretationem hæc ſatis dicta habeantur.

IN TITVLVM

DE ADEMPTIONE LEGATORVM.

Super Rubrica.

HActenus dictum eſt quid ſit legatum, quæ res, quibus perſonis, & quibus modis legari poſſit; ſed quoniam licitum eſt teſtatori legata adimere, & transferre; quippe cum ambulatoria ſit ipſius voluntas uſq; ad extremũ vitæ ſpiritum l. 3. & 4. ff. de adimendis legatis, vbi de hac materia agitur; ideo ſubiicitur hic breuis tit.

In Textum.

IN hoc autem duo declarat Imp. Quomodo, ſ. adimantur legata, & Quomodo transferrantur. Circa primum legata dupliciter adimuntur, expreſſe, vel tacite, Expreſſe, quando teſtator id quod alicui antea legauerat verbis expreſſis reuocat, uel in eodem teſtam., vel in poſteriori, aut in codicillis, vt hic in tex. & l. nihil 17. ff. eod. vel etiam cum conſultò Cancellat verba le-

gati in teſtam.ſcripta l.1.§. ſi conſultò ff. d. his, quæ in teſtam. delentur. Tacite uero adimitur legatum, nuda uoluntate teſtatoris, quæ ex coniecturis colligitur; quales ſunt quod teſtator rem vni legatam alteri poſtea donet, aut etiam voluntarie vendat; præſumitur enim ſemper reuocatum legatum, § ſi rem ſuam ſupr. de legat l. cum ſeruus 15 l. rem legatam 28. ff eod. niſi legatarius probet teſtat. animum adimendi non habuiſſe. ſecundum Gloſſ in l fideicomiſſa xi ff. de leg. 3. ſecus eſt ubi res, vel neceſſitate vendita, aut oppignorata fuerit, d. § ſi rem. Item præſumitur reuocatum legatum per ſuperuenientem inimicitiam inter teſtatorem, & legatarium, vel per graues iniurias a legatario illatas l. 3 ff. eod. l. 1 & tot tit ff. de his quibus vt indig.

Quo ad ſecundum legata quatuor modis transferruntur l. translatio 6. ff. eod., vel de perſona legatarii ad perſonam, vt cum res legata Titio, denuo vel in eodem, vel in alio teſtament., aut codicillis legatur Caio; vt hic, vel de perſona heredis, a quo praeſtandum erat legatum, ad alium hæredem, uel de re una legata ad aliam rem, uel demum de legato puro in conditionali, & e con. rà prædicta l. translatio ff eod.

IN TITVLVM

DE LEGE FALCIDIA.

Super Rubrica.

Dictum eſt ſuperiori tit quomodo legata adimantur, & transferrantur; nunc agitur quomodo defalcentur. & minuantur per legem falcidiam, ſic dictam vel a Falcidio tribuno eius autore, vel a falce, ad cuius inſtar falcidia legata reſecat, ſecundum Gloſſ. hic; & de qua agitur in tit ff. & C eod.

In Textum.

OBſeruanda eſt autem in hoc titulo legis falcidiæ diſpoſitio tum Circa quantitatem deducendæ quartæ falcidię, tum Circa tempus, & Circa modum deductionis.

Quo ad primum, cum olim lege duodecim tabularum cautum eſſet. Vti quiſque legaſſet rei ſuæ ita ius eſto l. verbis legis 126 ff de uerb. ſignifi. & ob id teſtatores vniuerſam plerumq; hæreditatem legando, rem eò perducerent vt hæredibus ſine vllo commodo hæreditatem adhire nolentibus, omnia iura teſtamentaria corruerent lata fuit, primum lex furia, & Voconia, mox. & Falcidia; quæ modum legatis imponendo ſtatuit non licere teſtatori amplius legatis diſtribuere, quam dodrantem h. ſ. ex duodecim partibus hæreditatis nouem, & ſi diſtribuerit, hæredem poſſe ex omnibus legatis proportione tantum detrahere, vt ſibi integra quarta totius hæreditatis remaneat, quæ quarta falcidia dicta eſt, ut hic in §. primo, & l. prima ff. eod. & hoc habet locum ſiue vnus, ſiue plures hæredes inſtituti ſint, quillibet enim quartam ſaltem portionis in qua inſtitutus eſt habere debet § ſecundo h.e.

Circa ſecundum, cum detrahenda ſit quarta hæc falcidia a tota hæreditate, quæ a condito teſtam., vſque ad adhitam hæreditatem ſepæ augetur vel minuitur, attenditur in hoc tempus mortis teſtatoris; adeo vt ex vniuerſa hæreditate quanta eo tempore fuerit integra quarta detrahatur, omniſq; acceſſio, & diminutio hæreditatis ad hæredem ſpectet .§. quantitas h. e. & l. in quantitate 73 ff. eod.

Ac demum talis obſeruatur modus in detrahenda falcidia, vt primum æs alienum, debitaq; hæreditatis ſoluantur, inde funeris impenſa in humando teſtatore deducatur, ac demum ex reſſiduo totius hæreditatis quartā partem

tem ſibi retineat hæres. vt late docet & exemplificat tex. in dicta l. in quantitate ff. eod. & in §. fin. h. e vbi recenſet Aldobrandinus etiam nonnullos caſus, in quibus quartæ falcidiæ deductio ceſſat.

IN TITVLVM

DE FIDEICOMMISSARIIS HAEREDITATIBVS, ET AD S. C. TREBELLIANVM:

Super Rubrica.

Quoniam legatorum de quibus hactenus dictum eſt germana quodammodum ſunt fideicommiſſa, cum & ipſa accidentales partes teſtamentorum dicantur; ideo poſt tractatum legatorum, & legis falcidiæ quæ circa legata verſatur, tractat Imp. de fideicommiſſis, & ſenatusconſulto trebelliano, quod circa fideicommiſſa diſponit. & quia fideicommiſſorum duo ſunt genera, alia vniuerſalia, in quibus vniuerſa hæreditas, vel aliquæ eius partes relinquuntur, alia ſingularia, in quibus ſingulę quæque res præſtandæ veniunt; abſoluit primum genus Imp in hoc ipſo tit., abſoluturus aliud in ſequenti proximo, de qua materia agitur etiam in titulis ff. de legat, & fideicom primo 2. & 3. & C. d. fideicom. Connexio Rubr.

In Textum.

OBſeruanda eſt autem in hoc titulo legis falcidiæ diſpoſitio tum Circa quantitatem deducendæ quartæ falcidię, tum Circa tempus, & Circa modum deductionis.

Quo ad primum, cum olim lege duodecim tabularum cautum eſſet. Vti quiſque legaſſet rei ſuæ ita ius eſto l. verbis legis 126 ff de uerb. ſignifi. & ob id teſtatores vniuerſam plerumq; hæreditatem legando, rem eò perducerent vt hæredibus ſine vllo commodo hæreditatem adhire nolentibus, omnia iura teſtamentaria corruerent lata fuit, primum lex furia, & Voconia, mox. & Falcidia; quæ modum legatis imponendo ſtatuit non licere teſtatori amplius legatis diſtribuere, quam dodrantem h. ſ. ex duodecim partibus hæreditatis nouem, & ſi diſtribuerit, hæredem poſſe ex omnibus legatis proportione tantum detrahere, vt ſibi integra quarta totius hæreditatis remaneat, quæ quarta falcidia dicta eſt, ut hic in §. primo, & l. prima ff. eod. & hoc habet locum ſiue vnus, ſiue plures hæredes inſtituti ſint, quilibet enim quartam ſaltem portionis in qua inſtitutus eſt habere debet § ſecundo h.e.

Circa ſecundum, cum detrahenda ſit quarta hæc falcidia a tota hæreditate, quæ a condito teſtam., vſque ad adhitam hæreditatem ſepæ augetur vel minuitur, attenditur in hoc tempus mortis teſtatoris ; adeo vt ex vniuerſa hæreditate quanta eo tempore fuerit integra quarta detrahatur, omniſq; acceſſio, & diminutio hæreditatis ad hæredem ſpectet .§. quantitas h. e. & l. in quantitate 73 ff. eod.

Ac demum talis obſeruatur modus in detrahenda falcidia, vt primum æs alienum, debitaq; hæreditatis ſoluantur, inde funeris impenſa in humando teſtatore deducatur, ac demum ex reſiduo totius hæreditatis quartã partem

tem ſibi retineat hæres. vt late docet & exemplificat tex.in dicta l. in quantitate ff. eod. & in §. fin. h. e vbi recenſet Aldobrandinus etiam nonnullos caſus, in quibus quarta falcidiæ deductio ceſſat.

IN TITVLVM

DE FIDEICOMMISSARIIS HAEREDITATIBVS, ET AD S. C. TREBELLIANVM:

Super Rubrica.

Connexio Rubr.

QVoniam legatorum de quibus hactenus dictum eſt germana quodammodum ſunt fideicommiſſa, cum& ipſa acciden tales partes teſtamentorum dicantur; ideo poſt tractatum legatorum, & legis falcidiæ quæ circa legata verſatur, tractat Imp.de fideicommiſſis, & ſenatuſconſulto trebelliano, quod circa fideicommiſſa diſponit. & quia fideicommiſſorum duo ſunt genera, alia vniuerſalia, in quibus vniuerſa hæreditas, vel aliquæ eius partes relinquuntur, alia ſingularia, in quibus ſingulę quæque res præſtandæ veniunt; abſoluit primum genus Imp in hoc ipſo tit., abſoluturus aliud in ſequenti proximo, de qua materia agitur etiam in titulis ff.de legat, & fideicom primo 2. & 3. & C.d. fideicom.

In Textum.

Tria vero in huius tit interpratatione obſeruanda ſe offerunt: Quid ſit fideicommiſsum, vniuerſale & vnde introductum, Quotuplex,& quomodo inſtituatur,ac demum,quæ ſit diſpoſitio ſenatuſconſ. Trebelliani tum circa reſtitutionem fideicommiſsi,tum circa detractionem quartę trebellianicæ.

Et primum fideicommiſſo vniuerſali eadem competit deffinitio,quæ ſubſtitutioni ſuperius addicta eſt, nempe vt ſit ſecunda hæredis inſtitutio ; ſed obliqua ; quia cum fideicommiſsum ita concipiatur; vt cum hęres hæreditatem adhierit eam fidecommiſſario reſtituat, fideicommiſsarius hoc caſu oblique,& mediate teſtatori ſuccedit, vt late docuimus ſup.in tit.de uulg. ſubſtit in 2 . capite. ſed appellatur,hoc nomine fidticommiſsi, eo quia antiquitus cum primum introductum fuit ſolæ fidei hæredis commiteretur,nulla imminente ei neceſsitate præſtationis § i. h.e. quę poſtea ab Octauio Auguſto , impie , ac perniciose impoſita fuit,cum ex ea magna quotidie humano generi incommoda,& calamitates proficiſcantur, vt aliàs apertiſsime demonſtrauimus in prima quæſtione noſtra academica.

Præterea fideicommiſſum duplex eſt,pro vt duobus modis inſtituitur, Vel in teſtam. , vel ab inteſtato,vt cum quis moriturus rogat eum, qui tamquam proximior ab inteſtatò ſucceſſurus eſt,vt vel totam,vel partem hæreditatis alteri per fideicommiſſum reſtituat,quod hodie quoq; procedit in legatis,quæ aliàs ab inteſtato relinqui non poterant,§.in primis,& § præterea h.e. Immo poteſt quis non ſolum fideicommittere,& legare,ab hærede;ſed etiam a fideicommiſſario,& a legatario d. §. præterea , & non ſolum in vita hæredis,ſed & poſt mortem,ac demum non tantum pure,ſed ſub conditione,& ex certo die , vt late tex.in d.§.in primis.

Tan-

Tandem circa reſtitutionem fideicommißorum extat Senatuſc. Trebellianum, ſic dictum ab eius autore, cui omnis virtus Senatuſc. Pegaſiani, tributa eſt, & cuius tria ſunt capita Vnum eſt, quod Hæres, a quo fideicommiſſum vniuerſale relictum eſt poſsit cogi hæreditatem adhire, eamq; fideicommiſſario reſtituere ſine vllo ipſius hæredis commodo, vel incommodo, § ſed quia h.e l. nam quod 14. & l. cogi. 16. ff ad Senatuſſ. trebell. Aliud eſt quod quoties hæres ſponte hæreditatem adhit teneatur fideicommiſſum preſtare, ita tamen vt ſi plus quam dodrans hoc eſt plus quam nouem vnciæ fideicommißæ ſint non teneatur hęres illud plus præſtare, ſed poſsit integram quartam hæreditatis ſibi retinere, quæ quarta Trebellianica dicitur, ſicut ſuperior quarta falcidia appellata eſt §. ſed quia h e. vbi Myſingerius etiam ſub num. 3. & 6 nõnullas conuenientias, & differentias falcidiæ, & Trebellianicæ recenſet. Tertium caput eſt, quod ſi hæres totam hæreditatem per fideicommiſſum, reſtituat, omnes actiones tam actiuè, quam paſsiuè in fideicommiſſarium tranſeant, ſi vero eam pro parte tantum reſtituat, actiones ipſe diuiduntur, & pro rata ad hæredem, & ad fideicommißarium ſpectent d. §. ſed quia h. e. & l. 1. ff. ad Senatuſconſ. Trebell., quod tamen fallit quoties teſtator iubet vt hæres retenta ſibi aliqua certa re, uel ſumma reſſiduum fideicommiſſario reſtituat, tunc enim omnes actiones in ſolidum tranſeunt ad fideicommiſſarium; quia hæres hoc caſu loco legatarij habetur; ad quem tranſit legatum ſine vllo onere hæreditario, ſed ſolum cum onere proprio rei ipſius legatę §. ſi quis vna h.e l. quoties 13. C. de hęred. inſtit. Concluditq; demum Imp. hũc tit. in hanc regulam, quod negantè hærede fideicommißum eſſe relictum, ſi nullæ aliæ extent probationes, vt quia illud ſolæ hæredis fidei, & auribus ſit commiſſum, poſsit ille, ad quem fideicommißum ſpectat defferre Iuſiurandum hæredi, qui ſi recuſet iurare ad fideicommiſſum prętandum urgendus ſit § fin. h. e. l. fin. C. eod.

In titulum

IN TITVLVM

DE SINGVLIS REBVS PER FIDEI-COMMISSVM RELICTIS.

Super Rubrica.

HActenus de fideicommiſsis vniuerſalibus,ſiue de fideicommiſſariis hæreditatibus dictum eſt, nunc vero agitur de ſingularibus fideicommiſſis,ſeu de rebus ſingulis per fideicommiſſum relictis, de quo agitur etiam in tit.ff.& C.de legatis.

In Textum.

AD hęc autem tria redigitur materia huius tit. Quid ſit fideicommiſſum, ſingulare, Quæ res fideicommitti & quibus verbis poſſint.

Fideicom. ſingulare eſt illud,in quo ſingulæ quęq; res relinquuntur,licet illæ vel maiorem partem, uel totam etiam hæreditatem contineant §. i. h. e. quodue cum hodie in omnibus, & per omnia exequatum ſit legato,§. ſed non vſq; ſupr. de legat. l.2.C. commun. de leg. eandem quoq; legati deffinitionem eaſdemq; regulas,ac diſtinctiones ſortietur.

Poſſunt autem fideicommitti,ſiue legari omnes res tam teſtatoris, quam hęredis,quam legatarii,quam alienæ , quo caſu tenetur hęres eas redimere vel præſtare æſtimationem §.2 h.e.& tam res corporales ut fundus,quam incorporales vt libertas,cum diſtinctione textus in §.libertas cum ſeq. h. e. & cum aliis diſtinctionibus allatis ſupr. in tit. de legat. in 3.cap.

Demum cum olim de iure antiquo legata,& fideicommiſſa certis

quibuſdam

quibuſdam formalibus verbis relinquerentur, fuerunt po-ſtea huiuſmodi verba ſublata, liberaq; conceſſa facultas, vt quibuſcumq; verbis aptis exprimere voluntatem teſtantis legari, & fideicommitti poſſet, § ſed olim ſupr. de legat. quamquam vt plurimum in vſu ſint hæc. peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ comitto §. fin. h. e.

IN TITVLVM

DE CODICILLIS.

Super Rubrica.

INter alias vltimarum voluntatum ſpecies enumeratas ſupra in Rubrica de teſtam. in 2. cap. vna eſt codicillus, dictus quaſi paruus codex h. ſ. paruum teſtament. cum ad inſtar teſtamenti conficiatur, licet in multis a teſtamento differat, vt apparebit in progreſſu tituli, qui habet concordantes ff. de iure codicillorum, & C. de codicillis.

In Textum.

SVnt autem in huius tit. explicatione Quinque potiſſimum obſeruanda. Quid ſit Codicillus, & unde introductus Quotuplex, & quibus modis fiat. Quę perſonæ codicillos facere poſſint Quæ res in codicillis relinqui, Ac demum, quibus modis codicilli infirmentur.

Et primum Codicillo, cuius originem refert Imp. hic in §. primo eadem poteſt aptari deffinitio teſtamenti, ſuperius allata in tit de teſt cap 1 hoc vno excepto, quod cum teſtam dicatur voluntatis noſtræ iuſta ſentẽtia, Codicillus minus iuſta dici debeat h e. minus perfecta, cum in eo hęres inſtitui nequeat,

queat, vt mox dicemus, minusq; ſolennis quod in codicillo quinque tantum teſtes etiam fœmine, & fortuiti ſufficiant §. fin. h. e C. eod cum in teſtamento ſeptem muſculi, & roga ti requirantur § ſed prædicta & §. teſtes. ſupr. de teſtam, tur, minus legitima, cum non fiat ſecundum diſpoſitionem an tiquarum legum, ſed tantum ſecundum nouam Auguſti Imperatoris conſtitutionem §. i. h. e.

Quo ad ſecundum, codicillorum duo ſunt genera, prout duobus mo dis fiunt, ſ. Vel cum teſtamento, vt cum quis [...] ante, uel poſt conditum teſtam facit codicillos, qui etiam [...] teſtam confirmati non ſint nihilominus valent §. 2. [...], & quibus poteſt teſtator firmo remanente Teſtam. omnes eius partes mutare, præter hæredis inſtitutionem l. 2. C. eod. Vel ab inteſtato, vt cum quis nullo condito teſtamento facit co dicillos, in quibus legata, vel fideicommiſſa relinquit; quo caſu proximiores parentes ab inteſtato ſucedentes tenentur dicta legata, vel fideicommiſſa praſtare, perinde ac ſi in teſtam. relicta eſſent l. 2. ff. eod Poſſunt præterea codicilli ſicut etiam teſtam. fieri vel in ſcriptis, vel ſine ſcriptis. Secundum Gloſ. huius rubr per text. in l. fin. C. de bonis libert. & poſſunt pariter fieri plures codicilli æque validi §. fin. h. e quod non euenit in teſtamentis, quorum vnum tantum valet nempe vltimum, §. poſteriore ſupr. quibus mod. teſt. infr. cuius ratio eſt, quia in teſtamentis diſponitur de toto patrimonio, quod vnum eſt, in codicillis vero de partibus ipſius, quæ plures eſſe poſſunt.

Quo ad tertium illi tantum codicillari poſſunt, qui de iure teſtari valent, licet de facto impediantur l. diuus 6. l. quædam 7. cum ſeq. ff. eod.; perſonas autem quæ de iure teſtari prohibentur recenſuimus ſupra in tit. quibus non eſt permiſſ. fac teſt.

Circa quartam, in Codicillis poſſunt quidem relinqui legata, & fideicommiſſa tam ſingularia quam vniuerſalia, non autem poteſt hæres directo inſtitui, ſubſtitui, aut exheredari; ne confundatur ius codicillorum cum teſtamentis, quæ magis ſolennia ſunt §. codicillis h. e. l. 2. ff. eod. ſed ſi in codicillis

directo hęreditas data ſit vt ſubſtineatur trahitur ad fideicommiſſum, dum ſ. hæredes ab inteſtato venientes hæreditatem adheunt, & retenta quarta Trebellianica, eam reſtituunt hęredi in codicillis inſtituto l. 2. C. eod tit.

Demum Codicilli vnico tantum modo rumpuntur nempe per poſteriores codicillos, vel teſtamenta iure facta in quibus, uel expreſſe reuocentur, vel contrarium diſponatur l. 3. C. eod. non autem per agnationem ſicut euenit in teſtamentis l. 3. ff eod. pariterq; fiunt irriti, per capitis diminutionem, qua ceſſante reconualeſcunt l. quędam 7. cum ſeq. ff. eod., licet non ſubiaccant quærellæ inofficioſi, quæ competit contra iniuſtam exhæredationem, cum in Codicillis exhæredari non poſſit §. Codicillis h. e. Et hæc circa teſtamentarias ſucceſsiones, & per conſequens circa vniuerſalem huius ſecundi libri materiam ſatis ſuperq; dicta ſint.

EPITOME

EPITOME LECTIONVM

OCTAVII LIVELLI

In Tertium Librum

INSTITVTIONVM.

IN TITVLVM

DE HÆREDIT. QVÆ AB INTEST. DEferuntur, cum quinque ſeq. tit.

Super Rubrica.

Quoniam ſæpe humanitus euenit, vt homines improuiſa morte præuenti, de rebus proprijs ad votum diſponere nequeant, nullum ſibi poſt obitum ſucceſſorem parantes, ſummopere præcium fuit, vt lex, humanos defectus ſupplendo, certos ſtatueret ſuccedendi ordines, quibus inteſtatorum defunctorum hæreditates ad proximiores ſuperſtites parentes, ſic hortante natura deuoluerentur; circa quod varia variis temporibus condita ſunt iura, conditeq; leges, inter quas non vulgaris, licet parum vtilis eſt titulus hic, cum quinque ſequentibus, quorum materia hodie iure nouiſſimo authenticorum adeo correcta, & imutata, eſt, vt vix ex ſingulis tit. ſingulos paragraphos non obſoletos colligere liceat; Quocirca, latiſſimam eorum materiam vnico tractatu perſtingendo aſ-

ſuetum

ſuetum ordinem obſeruabimus, Vt primum ſuper huius tit. rubr. tria breuiter explicemus. Continuationem ſ. tituli, Iura, quæ olim in ſucceſsionibus obſeruabantur Ac Iura, hodie obſeruata.

Quo ad primum, cum defunctorum hæreditates duobus modis ad ſucceſſores perueniant, ſ. vel ex teſtam. vel ab inteſtato §. fin. ſupr. per quas perſ. nob. acq, cumq; de ſucceſsionibus ex teſtamento hactenus præcedenti libro dictum ſit, conſequens eſt dicere de ſucceſsionibus ab inteſtato.

Circa quas varia, ac inter ſe repugnantia condita fuerunt iura & leges, quarum prima fuit lex Moſaica, quæ ad huiusmodi ſucceſsiones maſculos excluſis fœminis vocabat, vt legitur in libro Numerum c. 27. quæ lex hodie abolita eſt, nec obſeruatur niſi inter Iudeos, teſte Felino in C. Iudci de Iudeis in 6. Acceſsit poſtea lex duodecim tabularum, quæ admittebat primum filios in poteſtate poſitos, illisq; deficientibus proximiores agnatos, vt habetur in legibus duodecim tab. in illis verbis. inteſtatorum hæreditates primo ſuorum hæredum velint, nolintue ſunto, his deficientibus adgnatus proximus familiam habeto §. 2. hoc eod. Superuenit poſtmodum ius Prætorium, quod per quatuor gradus parentes ad ſucceſsionem per bonorum poſſeſsionem vocabat. Primum liberos vtriuſq; ſexus, tam in poteſtate, quam emancipatos, §. emancipati h. e. & tot. tit ff & C. vnde liberi, Deinde proximiores agnatos hoc eſt coniunctos cum defuncto per lineam maſculorum, quiue in eadem familia ſunt tot. tit infra de legit. agnat. ſucceſſ & ff & C. vnde legitimi, Poſt agnatos, proximiores cognatos uidelicet coniunctos per fœminas, tot. tit. infr. de ſucceſs. cognat. & ff. & C. vnde cognati, Et poſt cognatos, virum ad ſucceſsionem vxoris, & e contra tot. tit. ff. & C. vnde vir & vxor. Deinde poſt ius prætorium latę fuerunt variæ Imperatorum conſtitutiones ſparſim iuris corpore inſertę, per quas priora quidem iura partim correcta, partimq; confirmata fuere, vt legitur in titulis ff. & C. de ſuis, & legit. hæred., & in hoc noſtro tit. cum quinque ſequentibus, Sed nouisſime lata eſt ab Imp. Iu-

ſtiniano

ſtiniano nouella conſtitutio in Auth. de hæredibus ab in teſt. venient. per quam ſublata differentia legis duod. tab. inter ſuos, & emancipatos, item ſublata differ. iuris præt. inter agnatos, & cogaat. ac different. iuris ciuilis inter maſculos, & fœminas, tres nouos ſuccedendi ordines adinuenit, vt legitur in dicto. Authent. in princ. vbi et am Imp. expreſſe mandat, ut ſublatis priſtin is iuribus, ius illud authenticorum ad vnguem ſeructur, pro ut hodie de facto vbiq; ſeruatur, niſi repugnent ſtatuta locorum, Qua propter & nos in horum tit. declaratione, ius illud authenticorum huc totum referentes prꝑſertim interprætabimur, cætera, quæ ad explicationem litteræ ſpectant, veluti parum vtilia breui manu abſoluemus.

In Textum.

ADbeo modo interprætationem text us, circa quam tria maxime exploranda ſunt, Quibus modis dicatur quis inteſtatus decedere, Quę perſonæ, & quo ordine uocentur ad hæreditates inteſtatorum, Ac demum quomodo computentur gradus conſanguinitatis remisſiue.

Quo ad primum dici ur quis inteſtatus decedere pluribus modis, ueluti cum nullum condidit teſtamentum, uel quia noluit, uel quia non potuit impeditus vel de facto, uel de iure, ut quia ſit ex perſonis prohibitis teſtam. condere, ut ſupra in tit quibus non eſt permiſſ fac teſt. Aut etiam cum quis teſtam quidem fecit, ſed non iure fecit, quia uel nullum inſtituit hæredem uel non adhibuit ſolennitates a iure introductas, Item cum iure quidem fecit teſtam. quod poſtea uel ruptum per agnationem, vel irritum, factum eſt per capitis diminutionem uel reciſſum per quærellam inofficioſi, vt ſupr de iniuſto rup. & irrit teſt & de inoff. teſt. Ac demum cum hæres in teſtam inſtitutus hęreditatem non adhibit §. 1. h. e. & l. i. ff. de ſuis & legit. hæred.

His itaq; modis dicitur quis inteſtatus decedere, & per conſequens

locus

locus eſt ſucceſsioni ab inteſtato, ſecundum diſpoſitionem præall. auth. de hæred. ab inteſt. venient., quæ, vt diximus tres nouos introducit ſuccedendi ordines, quorum primus eſt deſcendentium, h. ſ. filiorum, nepotum, pronepotumue. Secundus aſcendentium, videlicet parentum, auorum proauorum, tertius collaterallium ſ. fratrum, ſororum ue, & aliorum ex latere, qui etiam ſi non extent; quoniam ius auth. vlterius non prouidet, reccurritur ad ius prætorium, quod in hoc non cenſetur correctum, quoue iure admittitur vt diximus quarto loco vir ad ſucceſsionem vxoris, & e contra, Ac demum ſi non adſit vir, aut vxor, tunc ex conſtitutione Imp. in l. vacantia 4. C. de bonis vacantibus lib x. bona deferuntur in fiſcum; Adeo vt quinque ſint ordines ſuccedendi ab inteſtato, a nobis examinandi .ſ. Deſcendentium, Aſcendentium, Collateralium, Viri, & Vxoris, & Fiſci.

DE PRIMO ORDINE ſuccedendi, nempe Deſcendentium.

IN primis itaq; moriente aliquo ab inteſt. ad eius ſucceſsionem vocantur Deſcendentes h. ſ filii, & nepotes pronepoteſue vtriuſq; ſexus, tam ſui; quam emancipati; ratio enim naturalis, quaſi lex quædam tacita liberis parentum hæreditates addiicit l fin. ff. de bonis damnatorum; & quia filiorum; ſicut & aliorum parentum ſeptem ſunt ſpecies cum alij ſint Naturales, & legitimi, alij Naturales legitimati, alii Naturales tantum, alii legitimi tantum, alij Spurij, alij Inceſtuoſi; & alij Spirituales; ideo de ſingulis ordine agendum eſt.

Et primo filij naturales & legitimi, h. ſ. nati ex legitimo

matrim. primi quidem ſuccedunt parentibus, æqualiter, & in capita; adeò vt quot ſunt filij tot fiant partes hæreditatis §.ſi quis igitur Auth de hær.ab int. ven., & ſi ex aliquibus filiis præmortuis ad ſint nepotes, uel pronepotes, illi etiam admittantur cum filiis viuis ad portionem patrum ſuorum, in ſtirpes, & per ius repreſentationis, quia ſ. patres ſuos repreſentant d. §. ſi quis igitur, & §. cum filius h.e. quod ſi non adſint filii, nepotes ex eis ſuccedunt in ſtirpes h. ſ. in portione parentum ſuorum d. §. ſi quis.

Filii vero natur. legitimati, & ipſi ſuccedunt parentibus ſimul cum legitime natis, §. 2. uerſ. quibus h.e., cum diſtinctione tamen, vt legitimati per ſubſequens matrim. ſuccedant etiam aliis conſanguineis parentum; legitimati vero per oblationem curiæ, reſcriptum principis, aut aliis modis, ipſis tantum parentibus §. & quoniam §. filium Auth. quibus mod. natur efficiantur ſui.

Filij naturales tantum, qui ſ. ex concubina ad votum retenta nati ſunt, tunc demum ſuccedunt patri in duabus tantum vnciis hæreditatis, ſimul cum eorum matre in capita, ſi non adſint filii legitime nati, & ſi non adſit legitima vxor defuncti §. ſi quis autem defunctus cum ſeq. Auth. quibus mo. nat. eff. ſui. Matri uero, aut aſcendentibus maternis ſimul, & æqualiter ſuccedunt cum filiis legitime natis; niſi mater ſit perſona illuſtris l. ſi qua illuſtris. C. ad Senatuſc. orficianum §. nouiſſime infr. de Senatuſc. orfic., & §. vulgo infr. de ſucceſſ. cognat.

Filij legitimi tantum h. ſ. adoptiui, uel arrogati, durante adoptione ſuccedunt ſimul, & æque cum legitime natis nec interim amittunt ſucceſſionem parentum naturalium, niſi adoptati ſint ab aſcendenti, quo caſu cum exeant de poteſtate patris nat., eius quoq; ſucceſſ. amittunt §. ſed & omnia h.e. l. pen. § ſed ne articulum C. de adop.

Filii Spurii, ſiue vulgo quæſiti cum patrem oſtendere nequeant l. vulgo 23. ff. de ſtat. hom nulli, tanquam patri ſuccedere queunt, matri vero, quæ certa eſt ſuccedunt ſimul cum filiis

liis legitime natis d.§. nouiſſime,& §.uulgo,infr.de ſucc. cognat.niſi mater ſit illuſtris vt ſuper dictum eſt.

Filii inceſtuoſi,& adulterini nec patri, nec matri ſuccedere queunt; cum nomine etiam filiorum careant, & de iure ciuili alimentis priuentur Auth. ex complexu C. de inceſt. nup.ſecus de æquitate canonica,c. cum haberet, extr. de eo qui duxit in matrim quam polluit per adult.

Poſtremò filii ſpirituales,ex Sacro S. fonte ſuſcepti in nihilum ſuccedunt parentibus ſpiritualibus ,quia cum cognatio hæc in ſpiritu conſiſtat non trahitur ad bona corporalia, ſecundum Panormit.in c.tanta extr.qui fil. ſint leg.; verum nihilominus eſt , quod ſi huiusmodi filii naturalibus parentibus deſtituti indigeant,ſint a parentibus ſpirituali bus alendi, ſecund.Bal.in Auth.niſi rogati.C.ad ſenatuſcons trebell.

DE SECVNDO ORDINE *ſuccedendi nempe Aſcendentium.*

SEcundò loco decedente aliquo ab inteſtatò non relictis deſcendentibus h.ſ. filiis, nopotibus, pronepotibusq; in infinitum; ſuccedunt ei ordine quodã naturæ turbato Aſcendentes h s.pater,mater,& poſt hos auus,auia,inde proauus proauia ſeruata gradus prærogatiua. §. ſi igitur in auth de her. ab int.uen. Et quia Parentum tot ſunt ſpecies , quot filiorum eſſe diximus,ideo ſingulorum ſucceſſio ſeparatim exploranda eſt.

Et primo in bonis caſtrenſibus,quaſi caſtrenſibus, & aduentitiis filiorum,ſuccedunt pater,& mater legitimi,& naturales,æqualiter,& in capita d.§.ſi igitur § ſed nos. & tot. tit. infr.de ſenatuscon. tertuliano;in bonis vero profectitiis,

tiis, ſi quidem proficiſcantur ab aliquo de linea paterna, ſolus pater ſuccedit, ſi ab aliquo de linea materna ſola mater l. 3. C. de bonis, quæ liberis, Imo ſi reliquerit defunctus ſimul cum patre, & matre fratres vel ſorores utriq; coniunctos, hi quoq; ſuccedunt cum parentibus æqualiter, & in capita §. ſi vero auth de hæred. ab int. uen. §. ſed cum antea infr. de ſenatuſc. tert.

Parentes uero naturales, qui filios legitimarunt, ſuccedunt pariter ipſis filiis legitimatis eo modo, & cum ea diſtinctione, quam ſupra attulimus, in ſucceſſione filiorum naturalium legitimatorum §. ſi quis igitur dotalia auth. quib. mod. nat efficiantur ſui; vbi diſpoſitum in filiis cenſetur verſa vice diſpoſitum in parentibus; cum in corellatiuis idem ius ſeruetur l. ſi C. de indicta uiduit. toll.

Parentes naturales tantum & ipſi ſuccedunt filiis naturalibus eodem modo, & in iiſdem caſibus, in quibus filii natur. ſuccedunt parentibus, adeo, vt pater in duabus vnciis, mater vero in reſiduo hæreditatis ſuccedat arg. de Auth. licet C. de natur. liberis §. fin infr. de Senatuſc. tert.

Parentes legitimi tantum h. s adoptantes, vel arrogantes, ſiquidem ſint ex aſcendentibus ſuccedunt filiis adoptiuis, ſimul cum fratribus, & ſororibus vtrinq; coniunctis eſclusis etiam parentibus naturalibus, ſi vero ſint extranei excluduntur a parentibus naturalibus, §. mortuo, & ibi gloſſ infr. de acquiſ. per arrogationem.

Pater filio ſpurio, ſeu vulgo quæſito, cum incertus ſit, in nihilo ſuccedit; Mater vero quæ certa eſt ſuccedit in vniuerſa hæreditate §. fin. inf de ſenatuſc. tert.

Parentes inceſtuoſi, & adulterini filiis aliquo pacto ſuccedere nequeunt, cum & nomine parentum careant arg. ab Auth. ex complexu & Auth. inceſtas C. de inceſtis nupt.; cum tamen de æquitate canonica a filiis ali debeant, arg. a c cum haberet extr de eo qui dux in matr. quam pol. per adult.

Demum parentes ſpirituales in nihilum ſuccedunt; niſi for-

ſam

vſam dicamus & ipſos aliquando alendos eſſe, per ea, quæ diximus ſupr. de filiis ſpiritualibus.

DE TERTIO ORDINE *ſuccedendi nempe Collateralium.*

TErtius in ſucceſſionibus ordo eſt collateralium, h. s. fratrum, ſororumue, & ex his filiorum, nepotum, & pronepotum vſq; ad decimum gradum, qui deficientibus deſcendentibus, & aſcendentibus in infinitum, admittuntur ad ſucceſſionem, fratres. ſ. & ſorores in capita; horum uero filii & nepotes in ſtirpes, ſeruata ſemper graduum prærogatiua. §. ſi igitur defunctus il 2. Auth. de hæred. ab int. ven. & §. fin. infr. de ſucceſſ. cognat, Auth. ceſſante. C. de legit. hæred. Quoniamue collateralium eędem, quas diximus deſcendendum, & aſcendendum ſunt ſpecies; ideo de his ordine agendum eſt.

Et primo fratres, & ſorores naturales, & legitimi, ſuccedunt fratribus, & ſororibus, ęqualiter, & in capita dicto § ſi igitur defunctus ita tamen, ut ſi adſint fratres & ſorores vtrinque coniuncti cum defuncto, h ſ. filii eiusdem patris, & matris. illi tantum ſuccedant, excluſis fratribus conſanguineis h ſ filii eiuſdem tantum patris, & excluſis fratribus uterinis, h. s filii eiusdem tantum matris, Quod ſi non adſint fratres vtrinque coniuncti; tunc conſanguinei præferantur vterinis, quo ad bona paterna; vterini vero pręferuntur conſanguineis, quo ad materna; in aliis bonis æqualiter & in capita, ſuccedant d. §. ſi igitur, & in auth. de conſanguineis, & vterinis fratr. §. 2. auth. poſt fratres, & auth ceſſante C. de legit. hæred. Immo ſi ex aliquibus fratribus pręmortuis adſint filii, ipſi quoq; ſuccedunt cum

fratribus

fratribus viuis in portione parentum ſuorum, propter ius repreſentationis, quod tamen ius in collateralibus non excedit primum gradum, licet in deſcendentibus obtineat in infinitum, vt docuimus ſupr. in primo ordine, & probat tex in d § ſi igitur, verſ ſi autem.

Fratres vero natur. legitimati, aliis fratribus non ſuccedunt § filiam auth. quibus mo. nat. eff. ſui, niſi ſint legitimati per ſubſequens matrim. § ad hoc, auth. vt liceat matri, & auiæ, & canoniſtæ in c. tanta, extr. qui filii ſint legit.

Fratres naturales tantum, aliis fratribus nat. ſiue nat. & leg. ſuccedunt ſi uel utrinque coniuncti uel vterini ſint: ſi vero conſanguinei non ſuccedunt, per tex. in ſui generalit. in d. § ſi igitur defunctus, & l ſi ſpurius 4 ff. vnde cogn.

Fratres legitimi tantum ſibi in uicem, aut legit. natis non ſuccedunt, niſi adoptati ſint ab auo, ut commun. tenēt. D. D. per text in l. pen. §. ſed ne articulum, C. de adopt.

Circa fratrum ſpuriorum ſucceſſ. eadem ſeruatur diſtinctio, quam mox de naturalibus diximus, ut elegant. tenuit Dinus in ſuo tractatu ſucceſſionum, num 33.

Fratrum vero inceſtuoſorum nulla datur ſucceſſio, nec inter ſe, nec cum legit natis, ut admonent D. D. in d. auth. ex cōplexu, C. de inceſt. nupt.

Idem pariter dicendum eſt de fratribus ſpiritualibus, per ea, quę ſup diximus de filiis, & parent ſpirit.

DE QVARTO SVCCEDENdi ordine, nempe Viri, et Vxoris.

SEquitur modo quartus ſuccedendi ordo, viri s. & vxoris, qui cum eſſet iuri ciuili antiquo incognitus, fuit poſtea a Iure pretorio introductus, quodquidem ius animaduertens quantæ onera, & pericula ſubirent inuicem coniuges, quantusuē eſſet inter eos amor; ſtatuit ut deficientibus deſcendentibus, & aſcendentibus in infinitum, ac collateralibus

bus

tibus vſq; ad decimum gradum, tunc ad ſucceſsionem mortui coniugis alter coniux ſuperſtes admitteretur per bonorum poßeſſ. l. unica ff. & C. unde vir, & vxor, quod procedit etiam in ſponſo, & ſponſa de preſenti ſecundum dd. in d. l. vnica. immò cum de iure præt. non admitteretur coniux, niſi in defectu vt dixi deſcend., aſcend; & collat. ius auth. ampliando hanc ſucceſſionem ſtatuit, ut quoties matrimonium conſtat ſine dote, & donat. propter nuptias, & mortuus coniux diues, ſuperſtes verò inops exiſtit, tunc ille ſimul etiam cum liberis eiuſdem, vel alterius matrim. ſuccedat, in quarta bonorum defuncti; ſi liberi ſint vnus, duo, uel tres, ſi plures in capita, & in virili cum eis, ita tamen vt ipſe coniux habeat vſumfructum tantum ſuæ portionis donec viuit, quæ poſt mortem reuertitur ad liberos, ſi extant; ſin minus remanet coniux dominus, §. quia vero in auth. vt liceat matri & auię Auth. præterea C. vnde vir & ux. limitatur tamen vt coniux non ſuccedat coniugi, quoties matrimonium inter eos iniuſtum, illegitimumue, aut adulterio maculatum, vel diuortio ſeparatum fuit, quotieſue coniux coniugem interfecit, vel in uitam machinatus fuerit d. l. vnic. ff. unde vir, & vx. l. qui contra 4. C. de inceſt. nup. l. ſi ab hoſtibus 11. §. ſi uir. ff. ſolut. matrim.

DE QVINTO, ET VLTIMO ſuccedendi ordine, nempe Fiſci.

QVintò tandem bona inteſtatorum defunctorum deuuoluuntur in fiſcum l. vacantia 4. C. de bonis uacant. lib. x eſt autem Fiſcus camera Fiſcalis, a fiſcis, uel ſportulis, vbi antiquitus pecunia publica ſeruabatur appellatus, teſte Alciato in l. inter publica 17. ff. de verb. ſign. & eſt idem cum publico ærario, vt colligitur ex l. fin. C. de bonis vacant. inter

ter plura autem priuilegia, quibus potitur fiſcus, & de quibus integer eſt tit. ff. de iure fiſci & C. de priuilegiis fiſci, illud præcipuum eſt, quod moriente aliquo ab inteſtato, nullis relictis deſcendentibus, aſcend. collateralibusue, non relictoq; ſuperſtite coniuge, omnia eius bona deferantur in Fiſcum, prędicta l. vacantia; Quod etiam ampliatur procedere quando extant quidem legitimi hæredes, qui tamen ob crimen leſæ maieſtatis, perduelionis, vel hæreſeos non ſunt capaces hæreditatis, l. quiſquis ſ. C. ad leg. iul. maieſt. § interdum h e tit noſt c. excommunicamus extr. d. hæret. Idem eſt ſi hæredes illi in uitam defuncti machinati fuerint, vel eius mortē legitimè non uindicauerint, efficiuntur namq; infames, & ſucceſſione priuantur l. i. C. de his, quibus ut indignis. & l. 1. ff. de iure fiſc., vbi ſexdecim referuntur caſus, in quibus bona deuuoluuntur in fiſcum, & quibus non nullos alios ſuperadunt dd. ibid. limitatur tamen hoc non procedere in bonis alicuius collegiati, qui ſi decedat non relictis legitimis hæredibus, ad eius ſucceſſionem admittitur collegium, excluſo fiſco l. i. & tot. tit. C. de hæred. decurionum, Quod etiam extenditur ad ſcolares, & doctores legentes, qui ſi decedant in ſtudio ſine legit. hæred ſuccedit eis Vniuerſitas ſcolarium, ut tenent dd in l. i. C de hæred decur. Limitatur demum in bonis peregrinorum, in peregrinatione decedentium; quæ non fiſco, aut hoſpiti, ſed Epiſcopo loci obſignanda ſunt, vt ea vel reſtituat parentibus peregrini, uel erroget pauperibus, Au th. omnes peregrini C comm. de ſucceſſ.

Demum pro abſolutione huius tractatus ſucceſſionum ab inteſtatò, cum in illis ut plurimum gradus prærogatiua attendatur; propterea quod & in aſcendentibus, & in collateralibus proximior in grade præfertur remotiori § ſi plures infr. de legitim. agnat ſucceſſ. maxime neceſſaria eſt cō putatio graduum, conſanguinitatis, de qua agitur in tit. infr. poſito de gradibus cognat, & cuius materiam a nobis late explicatam ſupra in tit. de nuptiis, non eſt cur hic denuo repetamus, niſi in eo, quod cum huiuſmodi computatio

in

in linea collaterali dupliciter fiat , vel de iure ciuili , vel de iure Canon., vt ibidem declarauimus; ſicut in nuptiis contrahendis inter conſanquineos obſeruatur computatio iuris canonici: ita in ſucceſsionibus ab inteſtato attenditur computatio iuris ciuilis, vt admonent canoniſtę in c. ad ſedem 35. q. 5. & dd. in prædicto tit de gradibus cognat., & ex his vniuerſa inteſtatorum ſucceſsionum materia, in horum ſex. titulorũ interpretatione abſoluta ſit.

IN TITVLVM

DE SERVILI COGNATIONE CVM DVOBVS ADIVNCTIS.

Qvamquam horum trium titulorum materia propter antiquatum vſum ſeruorum, & libertinorum hodie inutilis videatur ; ne tamen aliquam huius voluminis partem inexplicatam prætereamus ; tria hæc breuiter obſeruabimus, Quid iuris ſ. circa ſucceſsionẽ ſeruorum, Quid circa ſucceſsionem libertorum, & Quid circa eorumdem aſſignationem .

Et primo, cum ſucceſſio ab inteſtato iure cognationis deferatur vt ſuper tit: demonſtrauimus, cumq; inter ſeruos nulla conſideretur cognatio, quo ad effectus ciuiles, qualis eſt ſucceſsio, & tutela l. iuriſconſultus 10 §. nomen ff. de grad. a ff, nilmirum ſi inter ſeruos nulla datur ſucceſſio, § i. hoc eod. tit. De Servis.

Quo ad ſecundum vero, cum liberti liberi ſint , & ciues romani §. fin ſup. de libert. & §. fin. inf. de ſucceſ. libert. meritò inter eos æedem obſeruantur ſuccedendi regulæ, & ordines , quos in ſuperiori tit. declarauimus, hoc vno addito , ex noua conſtit. Imp. in § primo hoc eod. & in § ſed noſtra, infr de ſucceſſ libert. vt moriente liberto ſine deſcendentibus , aſcendentibuſue in infinitum, aut collateralibus vſq; ad quintum gradum, ſuccedat ei patronus, propter ius patronatus, quod retinet in liberto, qui ob id tenetur etiam patrono in teſtamento tertiã Quando succedat Patronus liberto

ter plura autem priuilegia, quibus potitur fiſcus, & de quibus integer eſt tit. ff. de iure fiſci & C. de priuilegiis fiſci, illud præcipuum eſt, quod moriente aliquo ab inteſtato, nullis relictis deſcendentibus, aſcend. collateralibusue, non relictoq; ſuperſtite coniuge, omnia eius bona deferantur in Fiſcum, prędicta l. vacantia; Quod etiam ampliatur procedere quando extant quidem legitimi hæredes, qui tamen ob crimen leſæ maieſtatis, perduellionis, vel hæreſeos non ſunt capaces hæreditatis, l. quiſquis. ſ. C. ad leg. iul. maieſt. § interdum h. e. tit. poſt c. excommunicamus extr. d. hæret. Idem eſt ſi hæredes illi in uitam defuncti machinati fuerint, vel eius mortē legitimè non uindicauerint, efficiuntur namq; infames, & ſucceſſione priuantur l. i. C. de his, quibus ut indignis. & l. 1. ff. de iure fiſc., vbi ſexdecim referuntur caſus, in quibus bona deuuoluuntur in fiſcum, & quibus non nullos alios ſuperadunt dd. ibid. limitatur tamen hoc non procedere in bonis alicuius collegiati, qui ſi decedat non relictis legitimis hæredibus, ad eius ſucceſſionem admittitur collegium, excluſo fiſco l. i. & tot. tit. C. de hæred. decurionum, Quod etiam extenditur ad ſcolares, & doctores legentes, qui ſi decedant in ſtudio ſine legit. hæred ſuccedit eis Vniuerſitas ſcolarium, ut tenent dd in l. i. C de hæred decur. Limitatur demum in bonis peregrinorum, in peregrinatione decedentium; quæ non fiſco, aut hoſpiti, ſed Epiſcopo loci obſignanda ſunt, vt ea vel reſtituat parentibus peregrini, uel erroget pauperibus, Auth. omnes peregrini C comm. de ſucceſſ.

Demum pro abſolutione huius tractatus ſucceſſionum ab inteſtato, cum in illis ut plurimum gradus prærogatiua attendatur; propterea quod & in aſcendentibus, & in collateralibus proximior in grade præfertur remotiori § ſi plures infr. de legitim. agnat ſucceſſ. maxime neceſſaria eſt cō putatio graduum, conſanguinitatis, de qua agitur in tit. infr. poſito de gradibus cognat, & cuius materiam a nobilate explicatam ſupra in tit. de nuptiis, non eſt cur hic denuo repetamus, niſi in eo, quod cum huiuſmodi computatio

in

in linea collaterali dupliciter fiat, vel de iure ciuili, vel de iure Canon., vt ibidem declarauimus; ſicut in nuptiis contrahendis inter conſanquineos obſeruatur computatio iuris canonici: ita in ſucceſsionibus ab inteſtato attenditur computatio iuriis ciuilis, vt admonent canoniſtę in c. ad ſedem 35. q. 5. & dd. in prædicto tit de gradibus cognat., & ex his vniuerſa inteſtatorum ſucceſsionum materia, in horum ſex. titulorũ interpretatione abſoluta ſit.

IN TITVLVM

DE SERVILI COGNATIONE CVM DVOBVS ADIVNCTIS.

QVamquam horũ trium titulorum materia propter antiquatum vſum ſeruorum, & libertinorum hodie inutilis videatur; ne tamen aliquam huius voluminis partem inexplicatam prætereamus; tria hæc breuiter obſeruabimus, Quid iuris ſ. circa ſucceſsionẽ ſeruorum, Quid circa ſucceſsionem libertorum, & Quid circa eorumdem aſſignationem.

Et primo, cum ſucceſſio ab inteſtato iure cognationis deferatur vt ſuper tit: demonſtrauimus, cumq; inter ſeruos nulla conſideretur cognatio, quo ad effectus ciuiles, qualis eſt ſucceſsio, & tutela l. iuriſconſultus 10. §. nomen ff. de grad. a ff, nilmirum ſi inter ſeruos nulla datur ſucceſſio, § i. hoc eod. tit.

Quo ad ſecundum vero, cum liberti liberi ſint, & ciues romani §. fin ſup. de libert. & §. fin. inf. de ſucceſ. libert. meritò inter eos eædem obſeruantur ſuccedendi regulæ, & ordines, quos in ſuperiori tit. declarauimus, hoc vno addito, ex noua conſtit. Imp. in §. primo hoc eod. & in §. ſed noſtra, infr de ſucceß libert. vt moriente liberto ſine deſcendentibus, aſcendentibuſue in infinitum, aut collateralibus vſq; ad quintum gradum, ſuccedat ei patronus, propter ius patronatus, quod retinet in liberto, qui ob id tenetur etiam patrono in teſtamento tertiã

relinquere, alimenta preſtare, obſequia ve, & reuerentiam præbere, tot. tit ff. & C. de iure patronatus, & de obſequiis a liberis, & libertis.

Quodquidem ius patronatus mortuo patrono ſpectat ad ipſius filios, vel nepotes æqualiter, niſi pater illud ipſum vni tantum filio reliquerit, ei aſſignignando libertum, quo caſu ille tantum filius ſuccedet ipſi liberto §. 1. & 2. infr. de aſſignat. liber & tot. tit ff de aſſignandis libertis.

IN TITVLVM

DE BONORVM POSSESSIONIBVS.

Super Rubrica.

SI qua eſt in iuris corpore materia, ſummo ſtudio, perdiſcenda, hæc ea profectò eſt, ob frequentem eius vſum, adeo ſcitu neceſſaria vt meritò dixerim, legalem ſcientiam neminem bene poſſidere poſſe, qui bonorum poſſeſſionum materiam non poſſideat; quocirca in ipſius interpretatione accuratiſſime verſando tria hęc primum ſuper ipſius rubrica explicabimus. Connexionem .ſ rubr., ſenſum verborum ipſius, & originem, cauſamq; introducendæ bonorum poßeß.

In primis autem, cum rerum dominia quatuor modis per vniuerſitatem acquirantur Hæreditate .ſ. bonorum poßeſſione, arrogatione, & addictione bonorum libertatum conſeruand. cauſa, §. fin. ſup per quas perſ. nob acq., cumq; de modo acquirendi per hæreditatem, tam ex teſtamento; quam ab inteſtato ſuperioribus libris, & titulis dictum ſit, ſequitur dicendum de modo acquirendi per bonorum poſſeſſ qui modus introductus eſt a iure pretorio; ſicut ſuperior a iure ciuili §. 1 h. e.

Secundo circa declarationem verborum ipſius rubricæ breuiter obſeruandum eſt, quid ſignificent in iure duo illa verba, bonæ

ſ., &

.ſ., & poſſeſsio ſeparatim prolata, & quid ſimul iuncta. Et primo bona ſignificant vniuerſitatem bonorum , ſiue patrimonium alicuius; ſicut & hæreditas l.bonorum 208 ff. de verb. ſign.l.3 ff. de bonorum poſſeſſ. dicta a beando, quia beant hominem l bonorum 49 ff de verb ſignifi. Poſſeſſio vero dicta eſt,quaſi pedum poſitio l.i.ff. de acquirenda poſs. finiturq; a Bart ibidem vt ſit Ius inſiſtendi rei corporali non prohibitæ poſſideri,ad differentiam dominij,quod eſt ex eodem Bart.ius de re aliqua perfecte diſponendi, aut vendicandi niſi lege,vel conuentione prohibeatur vt late diximus ſup. in tit. de rerum diuiſ & in tit de vſufr & latius dicemus in tit. infr de interdictis . Ex his autem duobus verbis bona .ſ. & poſſeſsio , componitur hoc tertium verbum Bonorum poſſeſsio , quod nil aliud ſignificat quam ſucceſsionem de iure prætorio; ſicut hæreditas ſignificat ſucceſsionem de iure ciuili , vnde ille bonorum poſſeſſor ; hic vero hæres nuncupatur §. 2. h.e.

Poſtremò Bonorumpoſs. introducta eſt a Iure prætorio tribus præcipuis cauſis,quas tangit Imp.in princ.huius tit. & quarum prima,eſt corrigendi iusciuile,quod cum ad ſucceſsionem inteſtatorum non admitteret emancipatos filios; ſicut nec ad ſucceſsionem teſtatorum poſthumos alienos, eos admittit ius prętorium per bonorum poſs.§.i. h. e. Alia eſt confirmandi ipſum metiusciuile,dum quos illud ius admittit ad ſucceſsionem teſtatorum ; vel inteſtat. , eoſdem quoq; admittat Ius præt per bonorum poss. ex teſtam. vel ab inteſt. d. § i.verſ. aliquando. Tertia tandem ampliandi illud;cum deficientibus conſanguineis admittat ius præt.quarto loco ad ſucceſsionem virum,& vxorem § aliam h.e quos non admittebat ius ciuile,vt ſuper tit declarauimus , & in hoc ipſo apparebit,qui habet concordantes tit ff.de bonorum poſſeſſ. & C. qui admitti ad bonorum poſſeſſ. poſſint.

In Textum.

Circa vero textualia huius tit. tria potiſſimum animaduertenda ſunt, Quid ſit bonorum poſſeſsio, in quibusue conueniat, & diſcrepet ab hæreditate, Quotuplex, & quæ ſingulæ eius ſpecies, ac demum Qui petere bonorum poſſ poſſint, a quibusue, intra quæ tempora, & quomodo petatur.

Bonorumpoſſ definitur ab Vlp. in l. 3. §. bonorum. ff. eod. ut ſit ius perſequendi, retinendiq; patrimonij, ſiue rei, quæ cuiusq; cum is moritur fuerit, quia ille cui bonorum poſſeſſ. competit habet non ſolum actionem, quæ vocatur poſſeſſoria hæreditis petitio ad perſequendum vniuerſum patrimonium, & ſingulas quaſq; res defuncti; ſed habet etiam ius ad ea ipſa retinenda gloſſ. in pred l. 3. ff. eod.

Et conuenit bonorumpoſſ. cum hæredit quod vtraq; transfert in hæredem, & bonorumpoß. vniuerſale dominium totius patrimonij, ſimul cum commodis, & incommodis. l. prima. ff. eod. immo ſicut inter hæredes: ita & inter bonorumpoß. habet locum ius accreſcendi. l. vnica. § his ita C. de caduc. toll l. 3. in fin. ff. eod adeo vt ſi duo ſint æquales in gradu, quibus hæreditas, vel bonorumpoß. debeatur & alter eam ommiſerit, vel repudiauerit, eius portio debetur alteri per ius accreſcendi l. vnica C. quando non petent. part. pet. accreſcant: ſi vero adſint duo iu gradu inæquales, & proximior non agnoſcat, ſuccedit remotior non per ius accreſc.; ſed per ſucceßeſſorium edictum, l. 1. & tot tit ff. & C. de ſucceß. edicto, & in ſumma adeo conueniunt hæreditas, & bonorumpoſſ. vt in omnibus vice hæredum bonorumpoß. habeantur l. 2. ff. eod.

Ex aduerſo differunt in eo, quod hæred eſt de iure ciuil. bonorũ vero poſſ. de iure præt §. 1. h. e. præterea hæred. adiri poteſt etiam ſola animi deſtinatione, & facto ipſo l. ſi auia, 6. C. de iure delib. at bon. poß. niſi cum decreto Iudicis l. 3. §. ſi cauſa ff. eod, licet hodie ſufficiat ſola Iudicis authoritas l. fi. C. eod. Inſuper hæreditas adiri poteſt ſpacio continuo 30. annorum l licet 8. C. de iure delib. ſed ad bonorum poſſ. agnoſcendam

datur

datur liberis ſpacium vtile vnius anni ; alijs vero centum dierum d.§.cum igitur h.e.l. 2.l emancipata, 4.C.eod l.1.§. largius.ff.de ſucceſ.edic. Immo tempus adhęundæ hæred.currit etiam ignoranti; agnoſcendæ vero bon. poſſ. ſolum ſcienti l.quandiu.s C.eod. & demum hæredi competit actio ciuilis, quæ vocatur petitio hæreditatis l.1.& tot.tit ff.& C. de petit. hæred., bonorum vero poſſeſſori actio prætoria,quę dicitur poſſeſſoria hęreditatis petitio tot. tit. C. de poſſeß. hæredit. petit.

Quo ad ſecundum bonorum poſſ. duo ſunt genera, aliæ namq; dicuntur ordinariæ, & aliæ extraordinariæ. Ordinariæ dicuntur illæ, quę regulariter dantur in certis quibusdam caſibus, quarumue duæ ſunt ſpecies, aliæ, quæ dantur ex teſtam. & aliæ ab inteſtato, §. ſunt autem cum ſeq. h. e. Ex teſtamento duę competunt bonorum poß. vna,quæ ſecundum tabulas, alia, quæ contra tabulas appellatur,tabulæ autem ſignificant hic teſtamentum, quia olim in tabulis ſcriberetur, l. 1. ff. d. tab. exhib.

Bonorum poſſ. ſecundum tabulas eſt illa, quæ datur cuicumq; hęredi in teſtam.inſtituto, ad conſequendam hęredit. ſibi relictam d.§. ſunt autem.& tot. tit. ff. & C.de bonorum poſſ. ſecundum tab.

Contra tabulas vero eſt illa, quæ datur liberis vtriusq; ſexus ſuis, vel emancipatis, qui iniuſte a patre exhæredati, vel a matre præteriti ſunt, vt rupto teſtam. contra voluntatem defuncti ad vniuerſam hæred. admittantur d.§ ſunt autem, & tot.tit ff & C de contra tab bonorum poß, quę quidem bon. poß.introducta fuit pręſertim fauore filiorum emancipatorũ, qui de iure ciuil. tanquam extranei, inoffſicioſi querelam non poterant intentare, vt late docuimus ſup. in tit. de exhere lib.& de inoff. teſt.

Alia ſpecies bon.poß.ordinariæ eſt illa,quæ ab inteſtato cõpetit, quæue quadruplex eſt prout quatuor ſunt ordines ſuccedend. ab inteſtato præter fiſcum, vt late docuimus ſupr. de hæredi quæ ab inteſt.def.

Prima eſt bon poſſ.vnde liberi, quę debetur filiis, nepot; pronep., & aliis deſcendent. vtriusq; ſexus tam ſuis, quam emancipat.

mancipat; ſeruata gradus prærogatiua, & ſeruato repreſenta tionis iure, prout docuimus ſupra de hæred., quæ ab int. def. in primo ordine, & hæc bon. poſſ fuit ſicuti ſuperior pręſertim introducta propter filios emancipatos, qui de iure ciuil. non admittebantur § ſed plures h.e. tot tit. ff. & C. unde liberi.

Secunda eſt bon. poſſ. vnde legitimi, ſiue agnati, quæ deficientibus liberis, ſiue non agnoſcentibus bon. poſſ. intra annum datur agnatis h. ſ. coniunctis per lineam maſculinam. § ſed eas h e.

Tertia eſt bon. poſſ. vnde cognati, quæ datur in defectum agnatorum, cognatis h. ſ. coniunctis per lineam fœmininam §. quæ autem h. e. animaduertendum tamen eſt, quod cum hodie per ius authent. ſublata ſit omnis differentia agnatorum, & cognat. §. ſi quis igitur in auth. de hęred. ab int. venient hæ duæ bon poſſ. pariter confuſę ſunt, adeo vt tam agnatis, quam cognatis vna detur bon: poſſ. primo quidem aſcendētibus mox & collateralibus.

Quarta demum eſt bon. poſſ. vnde vir, & vxor, quæ in defectū deſcendentium, aſcend. & collateral. datur quarto loco ipſi viro in bonis demortuæ vxoris, vel è contra, qui aliàs de iure ciuili non admittebantur §. aliam h.e l.i, & tot. tit. ff. & C. vnde vir, & uxor.

Extraordinariæ vero bonorumpoſſ. dicuntur ille, quæ a Prætore conceduntur in quattuor caſibus extraordinariis, pro ut quatuor pariter ſunt §. ſeptima h. quarum prima, quæ vocatur. Vt ex legibus inuenta eſt ad hoc, vt ſi aliquę leges, vel conditæ. vel in poſterum condendæ forent, quæ ex alio capite, quam ex quatuor ordinariis iam dictis, alicui hæreditatem deferret, poſset ille hanc ponorumpoſseſſ. petere l. vnica ff. vt ex legibus, veluti adeſt ſenatusc. Orficianum, & Tertulianum, quorum primum filios ad ſucceſs. matris, alterum matrem ad ſucceſs filiorum particulariter vocat, in his caſibus dabitur hiſce perſonis bonorum hęc poſs. vt ex legibus.

Secunda eſt bon poſſ carboniana ſic dicta a Carbone pręt. eius autore, & introducta fauore liberorum impuberum, qui cum vellent ſuccedere parentibus ex teſt. uel ab inteſt. mota fuit eis quęſtio ſtatus ab agnatis aſſerentibus, eos non eſse vere

filios

filios, nec legitimos, & per conſequens non admittendos, verum cum animaduerteret prætor filios in domo, vel de vxore natos filios vere & legitimos præſumi, iuxta tex. in l. miles, xi. §. defuncto ff ad leg. Iul. de adult. ſtante hac præſump. mittit prætor hos impuberes in poſſeſſ hæred. paternę, ſuſpendendo quæſtionem ſtatus vſq; ad pubertatem l i. & tot. tit. ff & C. de carboniano ędicto.

Tertia bon. poſſ. extraordinaria eſt illa, quam vocant ventris nomine, eo quia introducta ſit a prętore in gratiam poſthumorum in ventre exiſtentium, cum enim quis moritur relicta vxore pregnante, ſtatim ac conſtat ex fide trium obſtetricium eam eſſe pregnantem, mittitur in poſſeſſ. hęred ventris nomine l. i. & tot tit ff. de ventre in poſſ. mitt. & interim datur curator bonis, qui viduę alimenta, & habitationem preſtet, donec vel ipſa pariat, vel non pregnans appareat d l. 1. cum immo parienti mulieri poſſint ij, quorum intereſt ne ſupponatur partus cuſtodiam adhibere, nempe tres liberos homines ad hoſtium domus, quinque honeſtas mulieres, vel obſtetrices in conclaui ipſo, in quo etiam tria luminaria accendantur l. 1. ff. de ventre inſpiciend. & cuſtod.

Quarta demum bon. poß. quæ litis agnoſcendæ gratia dicta eſt introducta fuit & ipſa intuitu filiorum emancipatorum, qui cum ad litem agnoſcendam, h. s. ad quærelam inofficioſi teſt. intentandam tanquam de iure ciuil. incogniti non admitterentur prætor eos per hunc bon. poß. admittit l. Papinianus 8. §. 2 ff. de inoff. teſt. qua querella poſtea intentata, & obtenta, poßunt filij petere bonorum poſſeſſ. ordinariam contra tabulas l. 2. C. de inoff. teſt. adeo vt hæc bonorum poſſ. ſit quaſi pręparatoria illius, ex quibus omnibus conſtat, quid, & quotuplex ſit bon. poſſ. quę quatenus ipſo iure, & generaliter competit ex ædicto prætoris ædictalis appellatur, quatenus vero particulariter, & ipſo facto decernitur huic, vel illi dicitur decretalis l. 1. §. decretalis. ff. de ſucceß. edic. gloſſ in §. fin. h. e.

Circa vltimum caput dum quærimus quæ perſonæ bonor. poß. petere poſſint, generaliter dicendum eſt, omnes poſſe, qui de iure ciuil. ex teſtam. vel ab inteſt. ſuccedere poſſunt. l. non eſt

ambigendum 12.ff.eod.ex aduerſo, cum de iure antiquo ſolus Prætor bonor. poſſ. decernere poſſet, adhibitis multis ſolennitatibus, hodie de iure Cod. quilibet Iudex ordinarius,ſublatis omnibus ſolennitatibus,intra tempora tamen ſtatuta hoc facere poteſt l.fin.C.eod.qui admitti.

IN TITVLVM
DE ACQVISITIONE PER ARROGATIONEM.

Tertium hic explicat Imp. modum acquirendi dominia per vniuerſitatem, ex quatuor iam rellatis in §. fin. ſupr. per quas perſonas nobis acq. Quod per arrogationem contingit. Arrogatus enim ab aliquo non ſolum tranſit ipſe cum filiis ſi quos habet in poteſtatem arrogatoris §.illud ſup. de adop. ſed etiam vna cum bonis,& iuribus omnibus,exceptis ijs, quę per minimã capitis dimin., qualis eſt arrogatio ammittuntur veluti ius patronatus,& ius ſuccedendi agnatis,§.1. h.e. Quæ tamen omnia hodie ex nouis Imp. conſtitutionibus immutata ſunt; Adeo vt ſicut per filium naturalem, & legitimum acquiritur in profectitiis plenum ius, in aduentitiis tãtum vſusfructus, §. 2. ſup.per quas perſ. nob. acq ita etiam per filium arrogatum §.1. h. e. Immò ſicut pater naturalis ſuccedit filio mortuo,ita & arrogator,§.mortuo h e. niſi adſint liberi ex filio arrogato l fin.C.commun. de ſucceſs., vel niſi filius arrogatus moriatur impubes, quia tunc ex ui ſtipulationis,quæ ſolet intercedere in arrogatione de reſtituendis bonis filii arrogati ſi in pupillari æeate deceſſerit parentibus natur.arrogator non ſuccedit §.cum autem ſupr de adopt. Cæterum ſi arrogator conueniatur ex debito contracto ab arrogato ante arrogationem tenetur nomine filii, ſi poſt arrogationem nomine proprio de peculio §. ſi iuncta gloſs.h.e.

IN TITVLVM

DE EO CVI LIBERTATIS CAVSA BONA ADDICVNTVR CVM SEQVENTI.

QVartum tandem explet Imp modum acquirendi titulo vniuerſali, per addictionem, ſiue adiudicationem bonorum libertatum conſeruandarum cauſa, quoties enim hæreditas illius, qui libertates reliquiſſet non adibatur, poterat illæ, cui libertas relicta erat, vel alius quicumq; petere ſibi bona defuncti addici, vt libertates, & alia defuncti debita prȩſtarentur, vt hic, & l. fin. C. de teſtam manumisſione, Qui tamen acquirendi modus, propter obſoletum vſum ſeruorum, iam ab vſu receſcit; quemadmodum antea quoq; receſſerunt antiquiores illi acquirendi modi per ſolennem quandam venditionem bonorum debitoris, ad inſtantiam creditorum factam, & per adiudicatione liberæ mulieris ei, cuius ſeruo ipſa ſe immiſcuerat, vt colligitur ex §. 1. & 2. infr. de ſucceſſionibus ſublatis.

IN TITVLVM

DE OBLIGATIONIBVS.

Super Rubrica.

ALia ex his, quæ ordinariè alternis annis explicantur, hæc eſt de obligationibus, & contractibus materia, non minus vtilis, ac neceſſaria; quam illa de teſtamentis, & alijs vltimis voluntatibus; ideo pari ſtudio, eodemq; ordine proſequenda; dum primum ſuper huius tit. rubrica tria breuitur explorantur Counexio. ſ.

rubricę, Intellectus generalis verborum ipſius, & origo, ac incrementum obligationum.

Quo ad primum inter alias continuationes hic ab interprætibus conſideratas, vna eſt, eaq; Accurſii, cæteris probabilior, & nō inuiſa Theophilo, quod. ſ. cum ius omne circa tria verſetur, perſonas, res, & actiones §. fin ſup. de iure nat. gen. & ciu. cumq; de perſonis in primo huius voluminis libro, & de rebus, in ſecundo, & tertio, husq; huc actum ſit; ſequitur agendum de actionibus; verum cum actiones ex obligationibus non ſecus ac filię ex matribus procedant l. licet, 42. §. ea obligatio. ff de procurat. meritò Imp. de obligationibus antea diſſerendo, ſenſim in actionum tractatum deſcendit.

Rubricatur vero hic tit. de obligationibus, quod obligationis nomen deſcendit vt ipſe arbitror a nomine Greco ὁ λύγος, quod ſignificat vimen, viticem, ſalicem amerinam, vnde merito definitur oblig. vt ſit iuris vinculum; vt infr. videbimus, & eſt hoc nomen in iure æquiuocum, quandoq; enim capitur pro contractu ipſo, vt in §. omnium h. e. vbi dicitur omnium obligat. h. s. omnium contractuum alias eſſe ciuiles, alias prætorias, quandoq; vero pro vi, & efficacia contractus, ſiue maleficij, ex qua obligamur; vt in §. ſequens h. e. vbi dicitur omnes obligationes eſſe ex contractu, vel quaſi, maleficio, vel quaſi. Immo eſt etiam hoc obligationis nomen vniuocum cum pluribus alijs nominibus, & terminis, quæ in iure hoc idem, ac obligatio variè ſignificant, vt Conuentio, Contractus, Pactum, Pollicitatio, Promiſſio, Creditum, & Sinallagma; Et primo Conuentionis nomen pro quacumq; obligat., & contractu capitur l. 1. l. iurisgentium 7. ff. de pactis, licet magis proprie pro oblig. inefficaci & nudo pacto capiatur. l. legitima 6 ff. de pactis. Contractus & ipſe omnem obligationem ſignificat l omnem 20 ff de Iudicijs; proprie tamen obligationem efficacem, ac vltro, citroq; obligatoriam, l. labeo. 19. §. contractum ff. de verb ſign. Pacti nomen quamcūq; oblig. comprehendit, Gloſſ. in l. 1. in verb. figuris. ff de actionibus, & obligationibus in proprio tamen ſenſu naturalem & inefficacem obligationem, definitur enim vt ſit duorum, vel plurium in idem placitum, & conſenſus l. 1. ff. de pactis. Pollicita-

licitatio obligationem quidem demonſtrat, ſed inualidiorem, & inefficaciorem pacto, & conuentione l. 1 ff de pollicitationibus, cum definiatur vt ſit offerentis ſolius promiſſum l. pactum 3. ff eod. de pollic. Promiſſio, ſeu ſponſio cum in genere ad quamcumq; oblig. referatur l. ſciendum, 19. §. dictum ff. de edilitio ædicto; proprie tamen ſi apponatur in priuata ſcriptura ſignificat pactum; ſi in inſtrumento ſtipulationem, ſeu verborum obligationem quæ eſt firmiſſima omnium contractuum ſpeciem Iaſon in l. 1. n 3. ff. de verb. oblig. § ſi ſcriptum infr. de inutil. ſtipulat. Creditum quoq; quamcumq; obligationem ſignificat, in qua alienam fidem ſequimur l. 1. §. 2 ff. de reb. creditis, proprie vero eam obligationum ſpeciem demonſtrat, quæ mutuum dicitur d l. 2. §. creditum. Sinallagma tandem nomen Græcum, ſed ita frequenter à latinis vſurpatum vt ferrè latinum contraxerit atticiſmum, pro quamcumq; obligatione, & commercio vſurpatur tum ab Ariſtotele. ſ. Nicomach. tum à Platone xi. de legibus; ſtrictius at tamen pro contractu vltro, citroq; obligatorio capitur à iure conſulto in l. labeo 19. §. contractum ff de verb. ſign. in illis verbis contractum autem vltro, citroq; obligationem eſſe, quod Græci συναλλαγμα vocant.

Tandem vt obligationum originem, ab ouo, vt aiunt repetamus, tria conſideranda ſunt tempora, quibus tria illa iura ſucceſſiue floruere, naturale. ſ. gentium, & ciuile, a quibus iuribus obligationes poſtea introductæ ſunt. In primiſq; meminiſſe oportet eius, quod grauiter inquit Cicero primo de oratore, Omnia ferre, quæ ſunt incluſa nunc artibus olim diſperſa, & diſſipata fuiſſe; nimirum itaq; ſi priſcis illis temporibus, cum homines ſparſim in ſiluis ſecundum ius naturale primeuum, commune etiam brutis degebant; nullum inter ſe haberent commercium, nullamq; obligationem, niſi rudem, & vmbratilem; propterea quod nondum illis nota erat fides, qua promiſſis parere docerentur, ſed naturali tantum inſtinctu, tamquam ferè mouebantur §. 1. ſupr. de iure n g. & c. Verum cum poſtea labentibus ſeculis inciperent gentes manſuefactæ vnà conuiuere, & cohabitare; diuiſa tamen habere dominia rerum, continuò irrepſit in Mundo ius naturale

ſecundarium, quod & ius gentium appellatum eſt, quoquidem iure, cum frequenter accideret, vt quo vnus ægeret alter inuicem abundaret, ſic ſuadente rerum omnium neceſſitate, res inuicē permutare cæperunt l. i. ff de contrah. empt. Sed quia nō ſemper, nec facile contingebat, vt quo vnus abundaret alter inuicem indigeret, quæ difficilem reddebant permutationem; ideo inuenta eſt pecunia, quæ, vt ait Philoſ. 5. moralium, eſſet omnium rerum menſura, ad hoc vt qui rem permutare nollent, accepto præcio venderent. dicta l. 1. & qui nec haberent pecuniam, vnde emerent, eam mutuo acciperent, & ſic eo iure gentium omnes ferè inuentę ſunt obligationum ſpecies, vt emptio, locatio, Societas, mandatum, mutuum, commodatum, depoſitum, pignus, & ſi quæ ſunt huiuſmodi § ius autem gentium ſupr de iure n. g. & c. l. ex hoc iure 5. ff. de iuſt. & iur. Quæ tamen omnes oblig. eo iure gent. Imbecilles, & inefficaces erant, propterea quod nulla erat iure illo cognita actio, nulla perſecutio, qua homines ad promiſſa ſeruanda compellerentur; ſed id ſolum manu, ac violentia peragebant l. 2. § deinde ff. de orig. iur. Quamobrem exorto poſtmodum, & adaucto Imperio Romano, cæpit inoleſcere ius ciuile Romanorum d. l 2. §. 2. quo iure, cum nihil tam congruum humanæ fidei arbitraretur, quam ea, quæ ſemel placuiſſent ſeruari l. 1 ff. de pactis, humani affectus inconſtantiæ occurrendo certas ſtatuit ius ciuile actionum formas, quibus inuiti etiam, & reluctantes homines ad promiſſa ſeruanda compellerentur d. l. 2 § deinde il primo ff de orig. iur. quod tamen actionis adminiculū illis tantum obligat. adiunctum eſt, quæ expreſsū vtrinq; conſenſum, iuſtamq; cauſam haberent, quæue ob id naturales, & ciuiles obligat. dictæ ſunt, eo quod a iure natur. ſecundario inuentæ, & a iure ciuili confirmatę ſunt, Aliæ vero quæ non ita prægnantem cauſam, expreſſumq; conſenſum haberent, in puris naturalibus terminis relictę, actionibuſq; deſtitutę, meritò naturales tantum dictæ ſunt. Inſuper quia obligationes, & contractus illi a iure gent introducti, variis hominum negotiis, & opportunitatibus non ſufficiebant, certas & ipſum ius ciuile adinuenit obligationum ſpecies, iure illo gentium nunquam cognitas, veluti ſtipulatio, litterarum

obligat.

obligat. Emphitheuſis , & donatio propter nuptias gloſs.in §. ius autem gent.in verb. penè quæue & ipſæ ciuiles,& naturales dictę ſunt,quia a iure ciuili inuentę, & ſuper natur. æquit. fundatæ ſunt , & quibus duæ alię additę ſunt a iure prætorio,quæ prætorię appellatę ſunt,nempe conſtitutum, & oblig. furti manifeſti,de quibus omnibus infra ſuis locis videbimus, & præſertim in hoc ipſo tit.noſtro,qui habet concordantes ff & C.de actionibus & oligat.

In Textum.

Intentio Imp.in hoc preſenti tit.eſt ea tantum docere, quę ad generalem obligationum cognitionem pertinent, quibus declaratis,deſcendit poſtea in ſequentibus tit.ad ſingularem earundem explicationem; propterea ex hoc ipſo tit tria exploranda colliguntur. Primum Quid ſit. oblig. in genere 2.Quę ſint obligationis ſpecies. Tertio qui earundem effectus.

Quo ad primum deffinitur obligatio ab Imp. hic in §.1. vt ſit Iuris vinculum, quo neceſſitate aſtringimur alicuius ſoluendæ rei,ſecundum noſtrę ciuitatis iura; circa quam deffinitionem,illud præſertim, explorandum eſt , an ea rei deffinitæ ſubſtantialia præſeferat; in primisq; obſeruandum, quod circa quamcumq; obligationem ; Immo circa quemcumq; iuris actum quatuor conſiderari poſsunt Subſtantialia .ſ. Solennia, Naturalia,& Accidentalia illius l pacta conuenta, 72. iuncta gloſſ.in verbo noua emptio ff.de contrah.empt. Subſtantialia dicuntur ea , ſine quibus actus ſubſiſtere nequit , nec per conſequens ab agentibus ommitti, vel immutari poſſunt, vt in venditione conuentio de precio §.precium infr.de empt. Solennia,quæ præter ſubſtantialia,quandoq; apponuntur a lege ad maiorem validitatem,vt autoritas tutoris & decretum iudicis in venditione rerum minoris l. ſi prædium C. de prædiis minorum.Naturalia, quæ in quocumq; actu, ſecundum illius naturam,& conſuetudinem loci præſtanda veniunt,etiã

ſi

ſi non ſint expreſſa; poſſunt attamen, ommitti, & immutari, veluti quod in venditione teneatur venditor de euictione, quod tamen ex pacto poteſt remitti l. emptorem, 12. §. qui autem ff. de action. empti. Accidentalia tandem, quæ præter, & contra etiam naturalia, non autem contra ſubſtantialia, & ſolennia actuum ab agentibus inducuntur, vt pacta, quæ in venditione, & aliis contractibus a contrahentibus apponuntur tot. tit. C. de pactis inter empt. & vendit. Modo in propoſitu explorandum eſt, vt dixi an definitio hæc obligationis ſubſtantialia ipſius comprehendat, nam ſolennia, & accidentalia, quæ extrinſecus adueniunt in definit. comprehendi nequeunt, naturalia vero ſemper tacite compræhenſa intelligũtur. Cum autem duo ſint obligationis, ſicut, & cuiuscumq; rei ſubſtantialia ſ. materia, & forma, vtrumq; in hac diffinitione apertiſſ. declaratur, primum quidem in illis verbis, iuris vinculum, quo neceſſitate aſtringimur ad ſoluendum; alterum vero in illis, ſecundum noſtræ ciuitatis iura, ſicut enim materia obligationis eſt vinculum illud animorum, conſenſu partium compactum, ad finem aſtringendi ad ſoluendum: ita forma eiusdem eſt ea, quæ à iure tum gentium, tum ciuili, quibus Romana ciuitas vtebatur adhibita fuit l. obligationum ſubſtantia 3 ff de act. & oblig. Nec refragatur quod inquit Vlpianus in l 1. §. ſi conueniat ff. depoſiti contractus 5. ex conuentione partium legem hoc eſt formam accipere; quia reſpondetur contractus accipere quidem ex conſenſu partium formam quandam extrinſecam circa naturalia, & accidentalia, quæ à contrahentibus immutari poſſunt, non autem circa ſubſtantialia, & ſolennia, quibus ommiſſis, vel mutatis vitiatur actus l Iulianus 9. ff ad exhibendum l. obligationes 26. ff de action. & oblig. Obligationes, inquit Iuriſc. quæ non proprijs viribus conſiſtunt, neq; iudicis officio, neq; prætoris Imperio, neq; legis poteſtate firmantur.

Circa ſecundum caput huius tituli, tres affert Imp. in tribus poſterioribus §§. diuiſiones obligationis, quarum prima, & generalior cæteris ſed admodum diminuta affertur in § omniũ, dum inquit omnivm oblig. alias ciuiles eſſe, & alias prætorias. Vnde nos plenius diſtinguendo dicamus. Alias eſſe natura-

turales tantum, Alias ciuiles tantum, Alias naturales,& ciuiles ſimul;& Alias prætorias. Naturales oblig. tantum iterum, aliæ ſunt impropriæ obligationes,quæ ex naturali tan tum æquitate procedunt, qua ab benefaciendum benefacienti obligamur, vnde obligationes hæ ad antidora h.s. ad remu nerationem appellantur, Aliæ vero ſunt naturales obligatio nes propriæ,quæ a puro conſenſu partium, omni ciuilis iuris approbatione denudato procedunt, vt ſunt omnia pacta, & conuentiones à iuregent. inuentæ, & à iure ciuili non appro batæ l iurisgentium 7 in princ. ff. de pactis l. cum amplius 85.ff.de reg. iur. vel vt ſunt etiam omnes contractus,quibus lex propter aliquod impedimentum non aſſiſtit, vt obligatio inter patrem, & filium, fratrem,& fratrem, in poteſtate poſitos, qui quomodocumq; contrahant naturaliter tantum obligantur l frater a fratre, 38.ff de condit. ind. vel demum vt ſunt obligationes naturales & ciuiles ſimul, a quibus remouetur ciuilis per ſententiam, remanente ſola naturali l. Iulianus ff.de cond ind. Ciuiles tantum obligationes ſunt illæ, quæ vel à iure ciuili inuentæ ſunt, nullo ſubſiſtente conſenſu partium, nullaque ſuadente æquitate, ſed neceſſitate tantum iuris, vt obligatio litterarum, de qua infra ſuo titulo tractabimus; vel quæ cum prius eſſent naturales,& ciuiles,remota naturali per pactum, vel iuramentum, remanet ciuilis tan tum l ſi vnus, 28.§.pactus ne peteret ff de pact is l.Stichū, 95 §.naturalis ff de ſolutionibus. Naturales, & ciuiles obligationes ſimul ſunt illę, quæ vel à iure ciuili inuentæ, & ſuper naturali æquitate fundatæ ſunt, vt ſtipulatio, emphitheuſis,& aliæ ſupra in rubrica enumeratæ, vel quæ a iure gentium inuentę,& a iure ciuili comprobatæ ſunt, vt emptio locatio,& aliæ ibidem relatæ, & de quibus loquitur textus hic in §. omnium. Prætoriæ tandem obligat.ſunt illę, quæ a iu ræ prętorio introductę ſunt,vt conſtitutum, & obligatio furti manifeſti,vt hic in d.§. omnium, & diximus ſupra in rubrica.

Secunda obligationum diuiſio,allata hic in §. ſequens, eſt, quod omnes obligationes,ſunt vel ex contractu, vel ex quaſi contractu,vel ex maleficio,vel ex quaſi maleficio l. 1. ff eod.

Ex

Ex contractu obligatur quis, quoties realiter contrahit, vendendo, emendo, locando, conducendo; & ſimiliter, vnde oriuntur obligationes ex contractu, de quibus agitur ab hoc titulo vſque ad tit. de obligat. quę ex quaſi contractu. Ex quaſi contractu, obligatur quoties re vera non contrahit, ſed aliquid facit, ex quo æquum eſt eum, vel alium obligari, ideo lex fingit eum quaſi contraxiſſe, vt exindè obligatio, & actio oriatur; veluti, cum quis ab ſentis, & ignorantis negotia gerit; oritur enim inter eos oblig. non quidem ex contractu, qui nullus interuenit, ſed ex quaſi contractu, quem fingit lex interueniſſe. § 1 infra de obligat. quæ ex quaſi contract. vbi de his obligat agitur. Ex delicto, ſiue maleficio obligatur ille, qui delinquendi animo delinquit furando, occidendo, iniuriaue afficiendo, vnde præter accuſationes criminales, de quibus agitur in tit. infr. de publicis iudicijs; oriuntur etiam obligationes & actiones ciuiles ex maleficio, de quibus agitur in tit. de oblig. quæ ex delicto cum tribus ſeq. Ex quaſi delicto tandem obligatur ille, qui non animo delinquendi, ſed imperitia quadam inexcuſabili, quæ ſapit quaſi delictum, aliquid, in alterius damnum, iniuriamue molitur, vel patitur alium moliri, vt in eo, qui aliquid de domo inconſultò proijcit, quod lædat prætereuntem §. 1. & tot. tit infr. de obligat. quæ ex quaſi delicto.

Tertia demum obligationum diuiſio, ſeu potius ſubdiuiſio pręcedentis diuiſionis eſt, quod obligationum, quæ ex contractu proficiſcuntur aliæ re, aliæ verbis, quędam litteris, & quadam conſenſu celebrantur § fin h.e., & d l. 1. ff. eod. Re contrahi dicuntur obligationes, in quibus præter conſenſum contrahentium, qui in omnibus contractibus deſideratur res quoq; ipſa ad ſubſtantiam obligationis requiritur, quale eſt mutuum indebitum, commodatum, depoſitum, & pignus, de quibus agitur in proximo ſeq tit. Verbis obligatio initiur, quæ vltra conſenſum, verborum quoq; expreſſionem deſiderat, vt ſtipulatio, quę & verborum obligatio appellatur & de qua in altero ſequenti tit. Litteris quæ pariter ſcripturam, non ſine aliquo conſenſu requirit. vt litteratum obligat. de que infra in tit de litter. oblig. Conſenſu demum obligationes celebrantur,

in

in quibus ſolus conſenſus quomodocunq; expreſſus ad eárum ſubſtantiam ſat eſſe dicitur, vt emptio, locatio, Societas, mandatum, de quibus agitur infra in proprîis quarumcumq; titulis.

Circa vltimum caput huius tit. explorandi ſunt effectus omnium obligationum, tam naturalium; quam ciuilium, mixtarum, & prætoriarum, quos etiam tangit, licet admodum diminutè gloſſ. minor in §.p in verbo ſunt enim h.e. Et primo oblig. naturalis impropriè, ſiue ad antidora ſeptem pariat præcipuos effectus, quos explicant dd. in l. ſi non ſortem §. libertus ff. de cond iud. & in l. ſed & ſi, 28. § conſuluit, ff de petit. hæred. Vnus eſt, quod commodatarius, qui rem ſibi commodatam alteri ſubcommodat, quaſi ingratum ſe præbeat furti teneatur l. ſi pignore, 46. §. eum qui, ff. de furtis, Alter eſt, quod cum in dubio nemo præſumatur donare ſuum l. cum de indebito 25. ff. de probat. præſumitur tamen donaſſe, qui de ſe merito vel coniunctiſſimo tradit l. ſi vero 12. §. idem ff. mandati. Huic ſimilis effectus eſt in donatario, qui ex hac obligatione tenetur ſuum donantem inopem factum alere gloſſ. in l. fin. C. de reuoc. donat. hinc donatores, & fundatores eccleſiarum, vel eorum filij, ſi egeant ab Eccleſia alendi ſunt c. quicumq; 16. q. 7. Quartus effectus eſt, quod cum donatio excedens ſummam quingentorum aureorum non valeat, niſi fuerit inſinuata § aliæ ſup. de donat. facta tamen in remunerationem valet. arg. l. affectionis 5. & l. Attilius 27. ff de donat. Quintus eſt, quod propter ſubſequens beneficium, præſumitur remiſſa præcedens iniuria l. in ipſius 5. C. familiæ herciſ. Ideo ſi filius à patre exhæredatus poſtea beneficium aliquod in eũ conferat, præſumitur reuocata exhæredatio arg. l liberi 28. C. de inoff. teſt. Sextus quod cum donatio ob ſuperuenientiã liberorum cenſeatur reuocata l. ſi vnquam 8 C. de reuoc. donat. collata tamen in benemeritum non cenſetur reuocata, ſecund. dd. ibid. & Alex conſ. 28. lib. 3. & conſ. 40 lib. 4. Septimus tandem quod cum Clerici non poſſint aliquid donare ſuis concubinis, vt tenent dd. in d. l affectionis, poterunt attamen donare ob præcedentia benemerita ita no-

tab. ſenſuit Petrus de Ancharano conſ. 267 & Matheus de afflictiis deciſ. 202.

Effectus nat. oblig. propriè 7.

Effectus vero naturalis obligat. propriè dictæ ſeptem pariter recenſentur à dd. hic, quorum primus eſt, quod cum natur. oblig. vim pariendæ actionis non habeat, quia a iure ciuili, quod eſt actionum author confirmata non fuerit, vt ſuperius dictum eſt; parit ſaltem exceptionem, quę eſt actionis excluſio, l. iurisgentium 7. §. ſed cum nulla ff. de pactis. veluti ſi cum deberes mihi centum ex efficaci obligatione ego feci tibi pactum de non petendo hæc centum ex hoc pacto, & ex hac natur. oblig. competit tibi exceptio ad excludendam actionem meam quoties vellem petere dicta centum §. præterea infr. de except. Secundus effectus eſt, quod natu. oblig. Impedit ſoluti repetitionem, licet enim naturaliter debitum peti non poſſit, cum pro eo non competat actio, ſi tamen fuerit ſolutum repeti nequit l. naturales 9. ff de act. & oblig. Tertius eſt, quod debitum ex naturali tantum obligatione compenſari poteſt cum alio debito efficaci l. etiam 7. ff. de compenſ eſt autem Compenſatio debiti, & crediti inuicem inter ſe contributio. l. 1. ff. eod. tit. Quartus, quod naturalis oblig. deducta in conſtitutum parit actionem l p. §. debitum ff. de conſtituta pecunia. Eſt autem conſtitutum geminata promiſſio eiuſdem debiti licet diuerſarum perſonarum, facta ſub commemoratione primæ promiſſionis, ſecund. dd. in l. 1 ff. de conſtit. pecun. Quintus eſt, quod quoties naturali obligat. ſiue pacto nudo accedit, vel fideiuſſor, vel pignus, iuramentum, aut implementum iuſtæ cauſæ, ſiue confirmatio aliqua legis; obligatio, ſiue pactum illud, tanquam veſtitum, & corroboratum parit actionem l. legitima 6. & ibi dd. ff. de pactis l. 1 ff. de pollicitationibus. Sextus eſt, quod pactum incontinenti appoſitum contractui informat, & qualificat contractum ipſum, & actionem ipſius circa tamen naturalia, & accidentalia, non circa ſubſtantialia, & ſolemnia ipſius, vt ſuperius dictum eſt, l iurisgentium 7. §. quinimmo ff. de pactis. Addunt canoniſtæ, & ſeptimum effectum, quod ſ. naturalis oblig. & pactum nudum de iure Canonico, & in foro Eccleſiaſtico ſemper efficaciter

tacite obliget, & actionem pariat c. 1. & 3 de pactis, quod etiam procedere de iure ciuili, & in foro ſeculari nos alias παράδοξως publice diſputauimus.

Ciuilis tantum obligationis effectus tres pręcipui aſſignantur, à dd. ibid. Vnus eſt quod parit exceptionem, vt patet in debitore, pro quo lata fuit ſententia abſolutoria, quę inducit ciuilem tantum obligat. & contra quem ſi creditor denuo agat datur ei exceptio rei iudicatæ §, item infr de exceptionibus l. 3. ff. de except. rei iudic. Secundus eſt, quod parit etiam actionem, ſed inefficacem, quę per exceptionem excluditur vt patet in litterarum obligat. in qua ſiquis ſpe futuræ numerationis ſcribat ſe recepiſſe centum; quæ re vera non recepit, & ex tali ſcriptura, quæ ciuilem tantum obligat: ante biennium continet conueniatur, excludit actorem per exceptionem non numeratæ pecuniæ §. 2. infr de except. aliud exemplum eſt in eo, cui cum deberentur centum ex naturali, & ciuili oblig fecit ipſe debitori pactum de non petendo dicta centum, quo pacto tollitur natur. obl. remanente ciuili, ex qua ſi velit ipſe agere, excluditur exceptione pacti §. præterea infr. de except. Tertius tandem effectus eſt quod ciuili oblig. accedere poteſt fideiuſſor, §. 2. infr. de fideiuſſ. licet ea in compenſationem, vel in conſtitutum nō deducatur quemadmodum de naturali diximus, l. quemcunque 14 ff. de compenſ. l. 1. §. debitum ff. de conſtit. pecun.

Effectus naturalis, & ciuilis oblig. ſimul iunctę sūt, quod prę terquam omnes effectus aliarum obligationum producere poteſt, valet etiam parere actionem efficacem, quam nulla alia obligatio parere poteſt, vt aperte colligitur ex diffin. oblig. natur & ciuil. ſuperius aſſignata, dum dicitur eſt iuris vinculum, quo neceſſitate aſtringimur medio ſ. actionis, quæ ex ea naſcitur l. licet 42. § ea oblig ff de procur.

Demum effectus obligationis pretoriæ ſunt illi met, quos de naturali, & ciuili ſimul iuncta diximus, cum oblig pretoria ſit & ipſa naturalis; quatenus prætores æquitati naturali ſemper fauent l. prima ff. de conſtitut. pecun. & ciuilis quatenus ius pretorium inter ſpecies iuris ciuilis com-

putatur § prætorum quoque ędicta. ſup. de iure naturali gent. & ciuil.

IN TITVLVM

QVIBVS MODIS RE CONTRAHITVR OBLIGATIO.

Super Rubrica.

PRæcipuam humanorum contractuum partem, eamq; vtiliorem, & frequentiorem continet tit. hic inſtitutionum, in cuius interprętatione breui ac ordinata manu procedentes, tria primũ ſuper ipſius rubrica afferemus, Cõnexionẽ ſ. rubricæ, explanationem verborum ipſius, Eiusq; in congruas partes diuiſion. Ad primũ cum obligationes, quæ ex contractu proficiſcuntur, alię re, non nullæ verbis, quædam litteris, & alię conſenſu contrahantur §. fin. ſup. prox. tit., de his omnibus tractaturus Imp auſpicatur ab his, quæ re celebrantur tanquam ab vtilioribus; vtilius eſt enim habere obligatum eum, cui rem noſtram tradimus; quam cũ verba, litteras, vel conſenſum.

Ideoq; dicuntur hæ obligat. re contrahi, quod in illis, vt ſuperiori tit docuimus, præter conſenſum partium, qui in quacumq; obligat. deſideratur; rei quoq; interuentus ad ſubſtantiam obligationis neceſſariò requiratur l. obligamur § 1 verſ. re ff. de act & oblig: adeo, vt ſi duo conueniant de mutuanda, commodanda, aut deponenda re, niſi res tradatur; nunquam conſtituitur mutuum, commodatum, vel depoſitum, aliud enim profectò eſt contractus, & aliud promiſſio de contrahendo, vt eleganter, docet Iaſon in l. bonefidei § .ff de eo, quod certo loco, & in his realibus obligat. nemo ad plus obligari poteſt; quam re vera acceperit l. ſi tibi de

cem

tem 18 ff. de pactis, ſed bene ad minus l. rogaſti xi. §. ſi tibi ff. de rebus creditis, ea ratione, quia in eo, quod plus eſt ineſt minus, ſed non e contra, l. in eo, 111 ff de reg. iur.

Diuiditur tandem tit. hic in quinque partes, pro vt in eo de quinque ſpeciebus contractuum, & oblig quæ re celebrantur tractatur, nempe de Mutuo, Indebito, Commodato, Depoſito, & Pignore, quorum contractuum quidam fiunt gratia tantum accipientis, vt mutuum, & commodatum, quidam gratia dantis vt depoſitum, & quidam gratia vtriuſq; vt pignus §. fin. h. e. Cæterum contractus indebiti non eſt proprie contractus, ſed quaſi contractus, qui ex ſolutione rei indebitæ oritur vt infra apparebit in §. 2. huius tit, qui habet concordantes titulos. ff. & C de rebus cred. cũ aliquot ſequentibus.

In Textum.

DE MVTVO.

CVM inter quoq; ſpecies obligationum realium de quibus hic agitur nobilius ſit mutuum, quod ex mera liberalitate procedit: Vnde ex eo, dictum eſt quia de meo tuum fiat, vt hic in §. 1. & l. 2. §. appellata ff. eod. ideo primo loco de eo agitur in hoc ipſo §. pri & ff. & C. de rebus credidis ad cuius doctrinam tria preſertim exploranda ſunt Quid ſ. ſit mutuum, & quę eius ſubſtantialia, Quæ in mutuo prçſtanda veniant, & Quæ actio pro mutuo competat remiſſiue. Mutui Ethimologia.

Et primo mutuum, vt ex text. noſtro hic, & ex l. 2. §. mutui ff. eod. colligitur eſt contractus iurisgenentium, in quo res numero pondere, vel menſura conſtantes ita traduntur; vt accipientis fiant, cum propoſito reſtituendi eas in eodem genere quantitate, & qualitate; & differt a credito, quia illud ſignificat omnem contractum re initum l. i. § 2 ff eod. Defi.o Mutui.

mutuum

mutuum vero hanc ſolam ſpeciem l. 2. §. creditum eod tit.

Ad cuius mutui ſubſtantiã plura deſiderantur aliqua ſ. à parte mutuãtis, alia a parte rei mutuatę, & alia a parte accipiẽtis, a parte mutuãtis requiritur, quod ſit dominus rei mutuatę, ad hoc vt dominiũ in accipientẽ trãsferre poſſit, vt hic, et d.l. 2. §. creditum. iuxta regulam; Nemo plus iuris in aliũ trãsferre põt, quam in ſe ipſo habeat l. nemo 55. ff. de reg. iur. ; amplius & requiritur, vt animo mutuandi rem tradat, vt hic in text. ; A parte rei ſpectatur quod res conſtet pondere, numero, vel menſura, vt aurum, pecunia vinum, vtq; recipiat functionem in genere ſuo dum aurum pro auro, pecunia pro pecunia & vinum pro vino reſtituitur vt hic, & d.l. 2. §. mutui. nam ſi de eadem re reſtituenda conueniant partes erit commodatum, § 2. h.t. vel ſi de alio genere erit permutatio, vel contractus inominatus, do vt des, d.l. 2. in pri. ff. eod. A parte demum accipientis mutuum requiritur quod & ipſe animo conſtituendi mutuum rem acceperit; actus enim agentium non operantur vltra eorum intentionem l. non omnis 19 ff. eod.

Secundo ad cognoſcendum quæ nam in mutuo, & aliis contractibus prçſtanda veniant, præmittenda eſt ordinaria doctrina Bart. in l. quod Nerua 32. ff. depoſiti poſt gloſſ. in §. præterea in verbo debet hic in omnibus contractibus, quinque hæc conſiderari poſſe; Dolus ſ. , Culpa lata, Culpa leuis, Culpa leuiſſima, & Caſus fortuitus . Dolus eſt omnis calliditas, fallacia, vel machinatio ad circonueniendum, fallendũ, decipiendumue alterum adhibitam l. 1. ff. de dolo. Culpa lata, eſt negligentia, & ignorantia eorum, quę omnes curant, & ſciunt, dolo omnino non carens l. latæ 223. ff. de verbo. ſignif. Culpa leuis eſt negligentia, & ignorantia illa , qua homines ſępe res alienas æque, ac ſuas negligunt, & ignorant dd. in d. l. latæ. Leuiſſ. culpa eſt neglig. , & ignorant. earum, quæ diligentisſimus quisq; tantum curat, & intelligit, præd. l. latæ Caſus tandem fortuitus eſt euentus rei, qui nulla humana prouidentia præcaueri poteſt arg. l. quæ fortuitis 5. C. de pignorat. actione. His ſic prę. miſſis dum quæritur, quæ præſtanda veniant in mutuo, di-

cendum

tendum eſt, a mutuante tradendam eſſe rem prout reperitur, admonito tamen accipiente de vitio occulto rei arg. a l. in rebus 18. §. item qui ff. commodati; a parte vero accipientis reſtituenda eſt res eiusdem generis, quantitatis, & qualitatis, etiam ſi hoc non ſit cautum, quia eſt de natura contractus. vt hic. & l. cum quid 3. ff. eod. nec refert quod res perierit dolo, culpaue lata, leui, leuisſima, aut caſu fortuitu, de his enim omnibus tenetur mutuatarius §. item is h. e. tum quia iam factus eſt dominus rei mutuatæ, & ad dominum ſpectat interitus rei l. pignus 8. C. de pign. act.; tum quia eſt debitor generis, quod perire non poteſt, l. incendium xi. C. ſi cert. pet.

Tandem pro repetenda re mutuo data competit mutuanti contra mutuatarium actio perſonalis, quæ vocatur certi condictio l. certi condictio 9. ff. eod. & de qua actione latius dicetur in §. ſequens infr. de actionibus.

DE INDEBITO.

Secundā ſpecies obligationum, quæ re contrahuntur, eſt illa, quæ oritur ex ſolutione indebiti; ex eo enim quod quis ſoluit alicui indebitum, obligat ſibi accipientem ad reſtitutionem, quæ obligat. licet connumeretur hic in §. 2. inter obligationes reales, ratione materiæ, quæ eſt res ipſa, eadem tamen, ratione formæ connumeratur etiam inter oblig. quæ ex quaſi contr. proficiſcuntur, cum ſoluens alicui id, quod non debet non contrahere, ſed quaſi contrahere videatur, §. item is infr. de oblig. quæ ex quaſ. contr. & de qua obligat. agitur in tit. ff. & C. de condictione indebiti pro cuiusue intelligentia tria hæc noſce oportet, Quid, & quotuplex ſit indebitum, In quibus caſibus indebite ſolutum repeti poſſit, & in quibus non, Et qua actione indebitum repetatur remisſiue.

Quo ad primum indebitum dicitur illud, quod aliqua obl. non debetur, quodue quadruplex eſt aliud ſ. indebitū ciuiliter licet

ret naturaliter debitum, vt id, quod ex pacto nudo, & nulli tantum obl. debetur l. 3. ff de conſt. pec. Aliud indebitũ naturaliter licet ciuiliter debitum, vt id, quod ex ciuili tantum oblig. veluti eſt litterarum obligatio. debetur §. 1. infr. de litter. oblig. Tertium eſt naturaliter, & ciuiliter indebitum, quod nullo iure, nullaq; oblig. debetur. Quartum tandem eſt indebitum per exceptionem, veluti cum quid naturaliter, & ciuiliter debetur competit attamen debitori exceptio ad non ſoluendum l. qui exceptionem 40. ff de cond. indeb.

Circa ſecundum dum quæritur an indebite ſolutum repeti poſſit, diſtinguendi ſunt tres caſus, vel enim ſoluit quis indebitum ciuiliter, & tunc vel errore iuris, & non repetit, vel errore facti, & repetit l. cum quis 10. C. de iuris & fac. ign. l. error 9. C. ad l. falc., Aut ſoluit indebitum naturaliter, ſiue naturaliter, & ciuiliter, & tunc quacunq; ignorantia, vel iuris, vel facti ſoluerit repetit l. Frater a fratre 38. l. quod pupillus 41. ff. de cond. ind., quia ad repetendum id, quod naturaliter ſuum eſt nec iuris ignorantia nocet l. iuris ignorantia 7 ff de iuris & fac ign., aut demum ſolutũ eſt indebitum per exceptionem, & tunc, vel exceptio erat dilatoria, & non repetit, vel peremptoria, & repetit d. l. qui exceptionem ff de cond. ind Excipiuntur tamen non nulli caſus in quibus ſoluens quodcunq; indebitum non repetit, quorum aliquos refert gloſ. hic in verbo accepiſſet, Veluti ſi quis ſciens ſe nullo iure teneri ſoluerit, præſumitur enim donare l. 1. ff eod l. cuius 54 ff de reg iur. Alius caſus eſt in ſoluto per ſententiam, quod licet appareat indebitum non repetitur l. 1 C eod. Tertius eſt in ſoluto cauſa pietatis l. cum his §. mulier ff. eod. Quartus in ſoluto ex cauſa, quæ per inficiationem creſcit l ea quæ C. eod. Quintus in ſoluto ex cauſa tranſactionis l. 2. C eod. Sextus ſi quis ſoluerit iuranti ſibi deberi l nam poſtea 9. in primo ff de iureiur. Vltimus ſi ſolutum ſit nomine alterius, qui re vera debebat l. de hæreditate 5 C de petit hæred.

Tandem ſoluens indebitum in caſibus, in quibus poteſt repetere, illud repetit ſimul cum fructibus non autem cum vſuris niſi adſit dolus a parte recipientis, per actionem perſonalem,

nalem, quæ vocatur condictio indebiti, vt hic, & l. 1. ff. eod. de qua pariter actione latius in tit. de actionibus tractabimus.

DE COMMODATO.

Tertia obligationum realium ſpecies eſt commodatum, ſic dictum quaſi ad alterius commodum datum, de quo agitur tum hic in §. item is. ff com modati, & C. de commodato & in cuius interpretat. tria pariter obſeruanda ſunt Quid ſit cõmodatum, & quæ eius requiſita, Quæ in eo præſtanda veniant, & remisſiue Quæ actio pro commodato competat.

Circa primum Commodatum; vt colligitur hic & l. 3 ff. eod. eſt contractus iurisgent, in quo aliquid alicui gratis, & ad certum vſum conceditur vt illud met ipſum non deterioratum reſtituatur, & differt ab vtendo dato, vt ſpecies a genere l i. §. 2. ff. eod. Ad cuius eſſentiam tria maxime requiruntur .ſ. vt fiat gratis, aliàs interueniente mercede cenſetur locatio, vt hic in fin. Item quod concedatur ad certum vſum, & determinatum tempus, quod etiam ſi non fuerit expreſſum ſubintelligitur l. in commodato 17 ff eod. ad differentiam precarij, quod in hoc maxime differt a commodato, vt ad preces commodatarij, & ad placitum commodantis concedi ſoleat l. i. ff de precario, De natura tandem cõmodati eſt, vt eadem res non deteriorata reſtituatur vt hic & d. l. 3. ff. eod. In quo differt commodatum a mutuo, & eo amplius, quod in mutuo transfertur dominium, non autem in commodato vt hic, & l. rei commodatæ 8. ff. eod.; & ideo commodari nequeunt ea, quę vſu facile conſumuntur, vt frumentum, vinum, pecunia, niſi ad pompam d l. 3 in fin. ſed commodantur res tam mobiles, quam immobiles l. 1. §. 2. ff. eod., & de alijs differentijs inter commodatum, & mutuum, ac alios contractus videas ordinariam doctrinam Bart. in l 2. § 1. de reb. cred.

Quo ad ſecundum à parte commodantis, prę ſtanda eſt res gra

tis & ad certum vſum, & tempus, expectandusq; finis vſus, & temporis d.l. in commodato 17. §. ſicut, ampliusq; præſtanda eſt res non vitioſa, vel ſaltem admonendus eſt commodatarius de vitio oculto rei, alias tenetur commodãs de omni damno, quod ob id commodatario contigerit l. in rebus 18. §. item qui ff eod. Ex aduerſo tenetur commodatarius rem commodatam recte tenere, cuſtodire, & reſtituere non deterioratam, alias non liberatur d.l.3. §. reddita ff. eod. regulariter enim tenetur commodatarius de dolo lata, leui, & leuiß. culpa; non autem de caſu fortuito, vt hic & d.l. in rebus 18. ff eod. ſicut euenit in omnibus alijs contractibus initis gratia tantum accipientis excepto mutuo l. ſi vt certo 4. §. nunc videndum ff. eod. niſi forſam commodatum aliquid fuerit gratia tantum commodantis, vt in ſponſo, qui veſtes commodauit ſponſę, vt ſibi comptior appareret, tunc enim commodatarius tenetur ſolum de dolo, ſicut & in alijs contractibus, qui gratia tantum dantis fiũt, vt in depoſito d.l. ſi vt certo §. interdum, vel niſi commodatum fuerit gratia vtriusq;, tenetur namq; de dolo lata, & leui, non leuisſima culpa, prout euenit in cæteris contractibus vtriusq; gratia initis, vt in pignore d. l. in rebus. De caſu enim fortuito vt dixi regulariter non tenetur commodans, niſi vel ita conuenerint contrahentes, vel res æſtimata commodata fuerit, vel demum commodatarius fuerit in mora ad rem ipſam reſtituendam d. l. ſi vt certo §. ſed interdum, & d. l. in rebus ff. eod.

Tandem ex commodato duæ oriuntur actiones perſonales, vna directa commodanti contra commodatarium, alia contraria commodatario aduerſus commodantem, de quibus plenius dicam in tit. infr. de actionibus in §. ſequens illa diuiſio.

DE

DE DEPOSITO.

ACcedit quarta ſpecies obligationum realium, nempe Depoſitum, dictum ex eo, quod ponitur, & committitur fidei, & cuſtodiæ alienæ l. 1 ff eod., de quo agitur tum hic in §. præterea, tum in tit. ff. depoſiti, & C. de depoſito, & circa cuius materiã tria hęc animaduertenda ſunt. Quid ſit depoſitum, & quæ eius requiſita, Quæ in depoſito præſtanda ſint, & Quæ actio remiſſiue detur.

Quo ad primum Depoſitum tripliciter in iure capitur, aliquando pro ſequeſtro, quod fit de re litigioſa auctoritate Iudicis l. propriè 6. ff. eod. aliquando pro depoſitione rei debitæ apud perſonam, vel locum publicum, quæ depoſitio vim ſolutionis obtinet l. acceptam 19. C. de vſuris l. obſignatione 9. C. de ſolutionibus, qui tamen ſunt potius actus quidam iudiciales, & de quibus hic non agitur; aliquando vero capitur, pro ut eſt & ipſum contractus iuris gent. in quo aliquid alienæ fidei gratis cuſtodiendum datur, vt illud met ipſum deponenti reſtituatur; quemadmodum colligitur ex text. noſt. hic, & ex l. 1. ff. eod. licet ibi definiatur depoſitũ pro vt ſignificat potius rem depoſitam, dum dicitur depoſitum eſt, quod cuſtodiendum alicui datum eſt, & quę ſequuntur. Vnde colligitur in depoſito illa maxime deſiderari, vt recipiatur gratis, alias euadit locatio cuſtodiæ d. l. 1. §. ſi veſtimenta, vtq; depoſitarius rem cuſtodiat, non vtatur, alias furtum committeret, niſi conſenſus domini accederet l. ſi ſaculum 29 ff. eod. ac demum vt eandem met rẽ deponenti reſtituat, prout hic in textu.

Secundo ſicut deponens tenetur de omnĩ damno, quod paſſus eſt depoſitarius ob vitium rei depoſitæ, l. ſi ſeruus 31. in fin. ff de pignorat. act. ita ex aduerſo tenetur depoſitarius de dolo, & lata culpa in cuſtodienda re depoſita vt hic, & d. l. 1 §. illud, niſi merces pro cuſtodia detur tenetur enim quoque de culpa leui l. ſi vt certo 5. §. nunc videndum ff.

commod. vel niſi depoſitarius ſe obtuliſſet deponenti tenetur enim de leuiſſima, d.l. 1. §. ſæpe ff eod. vel demum niſi ita conuenerint contrahentes, aut culpa caſum præceſſerit vel mora in reſtituendo; tenetur namq; de caſu etiam fortuito d. l. 1. §. ſi conueniat, & §. ſæpe, & l. ſi in Aſia 12 ff. eod.

Ex depoſito tandem duæ pariter actiones proficiſcuntur vna directa contra depoſitarium, & alia contraria aduerſus deponentem, vt latius declarabimus in tit. de actionibus ſuper §. ſequens.

DE PIGNORE.

QVinta tandem obligationis realis ſpecies eſt Pignus, ſic dictum a pugno, quia res manu traditur l. plebs. 237 §. pignus ff. de verb ſign., de quo agitur hic in §. fin. & tot. tit. ff. & C de pignoribus & circa quod tria pariter inquirenda ſunt, Quid ſit Pignus, & quæ ipſius requiſita, Quæ in eo præſtanda, & quæ ex eo actio. remiſſiue.

Circa primum, Pignus, & ipſum tripliciter in iure capitur, aliquando, pro actu quodam iudiciali, quo iudex rem vnius alteri obligat, & quandoq; tradit ad maiorem ipſius cautionem, quod pignus Iudiciale, ſiue prætorium appellatur, & de quo agitur in tit. C. de prætorio pign. & in tit. ff. & C. de bonis auth. iud. poſſid. Quandoq; pro actu quodam legali, quo lex bona vnius alteri tacite obligat, quod legale pignus, ſiue alio nomine tacita hypotheca appellatur, & de qua agitur in §. item ſeruiana infr de actionibus, & tot. tit. ff. & C. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacite contrahatur, Et quandoq; pro actu conuentionali partium vt hic, in quo ſenſu deffiniri poteſt, vt ſit contractus Iuriſgent. in quo debitor obligat, & tradit creditori ſuo rem aliquam mobilem, vt ſibi magis credatur, vtq; creditori magis caueatur donec ipſi plene ſatisfactum fuerit, vt colligitur hic ex tex. & dico obligat, & tradit rem mobilem quia ſi obligetur: ſed non tradatur aliquid immobile magis proprie expreſ-

ſa

ſa hypotheca appellabitur, quæ in his tantum differt a pignore, cum in aliis idem ſit l. ſi rem alienam 9 §. proprie ff. de pignorat. act. Vnde etiam apparet, quæ nam in pignore proprie requiruntur, & quæ in hypotheca.

Secundo in pignore a parte debitoris tradenda eſt res non ficta non ſuppoſita l. 1. l. ſi quis, 36 ff. de pignorat. actione, a parte vero creditoris retinenda eſt res donec ei plene ſatisfactum fuerit, vel etiam vendenda ſi intra legitimum, aut conuentum tempus ſatisfactum non fuerit l. 4. ff. de pignorat. act. teneturq; creditor, qui pignus recepit de dolo, lata, & leui culpa, non autem de leuiſſ., aut caſu fortuito vt hic, niſi aliter conuenerint partes, aut culpa vel mora in reſtituendo præceſſerit l. quæ fortuitis, 5. cum ſeq. C. de pignorat. act.

Poſtremo ex hoc contractu duæ ſimiliter oriuntur actiones perſonales, vna directa contra creditorem, qui pignus accepit, alia contraria aduerſus debitorem, qui illud tradidit, vt latius apparebit infra in tit. d. act. ſuper §. item Seruiana, Et hæc ſuper huius tit. Interpretatione breuiter dixiſſe ſufficiant.

IN TITVLVM.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS.

Super Rubrica.

CVm intimos animi noſtri ſenſus variis modis expromere, ac indicare natura datum ſit, id nullo tamen commodius fieri poteſt; quam verbis, & ſermone ipſo, cuius ope inuicem colloquendo, & communicando homines, varie inter ſe contrahunt ſibi viciſſim promittendo, & adſtipulando, Vnde orta

orta eſt ſolennis illa contractuum ſpecies, inter omnes, quæ in iure ſint apprime vtilis, & ad humana commoda comparanda appoſitisſima, ſtipulatio .ſ. quæ & verborum obligatio appellatur, de qua modo cum ſimus verba facturi, tanquam de graui, ac ſingulari materia, talem ordinem obſeruabimus, vt primum non nullis ſuper hac rubrica declaratis, ad ipſius textus declarationem oportunius deſcendamus. Erunt vero ſuper hac rubrica tria breuiter obſeruanda, Connexio, ſ. rubricæ, Senſus verborum ipſius & Origo vſusq; ſtipulationis.

In primis autem, cum hactenus dictum ſit de prima ſpecie obligationum, quæ ex contractu proficiſcuntur, nempe de his, quę re contrahuntur, ſequitur dicendum de ſecunda, quæ verbis initur, & de qua agitur etiam in tit. C. de contrahenda, & committenda ſtipulat. & ff. de verborum oblig. qui titulus ordinarie explicatur.

Inſcribitur prĕterea hæc rubrica de verborum obligationibus, quia prĕter conſenſum, verborum quoq; expreſſionem deſideret l. 1 in p ff. eod. quęue alio quoque nomine ſtipulatio appellatur a ſtipulo, ſiue ſtipite, quod firmitatem denotat, & obſeruantiam, vt ait tex. hic in primo; eſt enim ſtipulatio omnium obligationum firmiſſima, adeo vt alij contractus alioquin infirmi interpoſita ſtipulatione firmentur l. diuiſionis, 46. ff. de pactis, l. ex placito 3. C. de rerum permut. nec miretur aliquis, quod cum vnicum ſit ſtipulationis genus; inſcribatur nihilominus hæc rubrica de verborum obligationibus, quia hoc ideo factum eſt, vt variæ eius ſpecies, quas inferius enumerabimus comprehenderentur.

Demum ſtipulationis inuentum iuri quidem Ciuili referendnm eſt, quippe cum ea iuri gentium incognita fuerit, vt colligitur ex text. cum gloſſ. in §. ius autem gent. ſupr. de iure n. g & c., & ex l. ex hoc iure 5. ff. de iuſt. & iure. Ex quo infertur ſtipulationem eſſe obligationem ciuilem, & naturalem, tum quia a iure ciuili inuenta; tum quia ſuper naturali conſenſu, & æquitate fundata eſt §. de conſtituta infr. de actionibus l. ea, quæ 53. ff. de acq. rer. dom.

IN

In Textum.

Plura circa vniuerſam ſtipulationis materiam conſideranda occurrunt, quorum tria in hoc ipſo tit. declarantur, nempe Quid ſit ſtipulatio, & quę eius requiſita, Quotuplex, & remiſſiue, Quæ ipſius actiones. cætera vero in quinque ſequent. tit. explicantur.

Quo ad primum ſtipulatio definitur à Iureconſ. in l.5.§. ſtipulatio ff. eod. vt ſit verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur daturum, facturumue ſe id, quod interrogatus eſt reſpondet, quam definitionem delineat Imp. hic dicens. Verbis oblig. contrahitur ex interrogatione, & reſponſione, cum quid dari, fieriue nobis ſtipulamur, & ex qua definit. quinque colliguntur ſubſtantialia requiſita ſtipulationis, quatuor formam, vnum vero materiam ipſius reſpicientia.

Quorum primum expreſſum in primo verbo definitionis eſt quod preter conſenſum, qui, vt dixi in quacunq; obligatione concurrit l.1.ff.de pactis, verborum quoq; concurſus ad ipſius ſubſtantiam neceſſarius ſit, verborum inquam ore prolatorum non nutu, aut litteris, propterea mutus, ſurdus, infans, furioſus, & abſens ſtipulari non poſſunt, niſi per procuratorem, filium, aut ſeruum §. mutus, §. furioſus, & §. item verborum inſ. de inut. ſtip. l. 1. in pri.ff.eod. Nec intereſt cuiuſcumq; idiomatis ſint verba, dummodo contrahentes ſe inuicem intelligant etiam per interpretem §. 2. hoc eod. d l.1.§.fin. ff. eod. Nec pariter refragatur tex. in l. non figura 37.ff de act. & oblig. vbi dicitur non minus valere quod ſcriptura; quam quod vocibus lingua figuratis ſignificatur, quia verum eſt non minus valere in ſuo genere litterarum obligationem, quæ ſcriptura conficitur; quã ſtipulat. quæ verbis contrahitur.

Sequitur in definitione verbum Conceptio, vnde colligitur non ſolum requiri pro forma ipſius ſtipulat. verba; ſed conceptionem, & concentum verborum, quod euenit dum vterq; contrahentium loquitur, d.l.1.in p.ff.eod, ideo ſi vnus tantum

putatur § prætorum quoque ędicta. ſup. de iure naturali gent. & ciuil.

IN TITVLVM QVIBVS MODIS RE CONTRAHITVR OBLIGATIO.

Super Rubrica.

PRæcipuam humanorum contractuum partem, eamq; vtiliorem, & frequentiorem continet tit. hic inſtitutionum, in cuius interpretatione breui ac ordinata manu procedentes, tria primũ ſuper ipſius rubrica afferemus, Cõnexionẽ ſ. rubricæ, explanationem verborum ipſius, Eiusq; in congruas partes diuiſion. Ad primũ cum obligationes, quæ ex contractu proficiſcuntur, aliæ re, non nullæ verbis, quædam litteris, & aliæ conſenſu contrahantur §. fin. ſup. prox. tit. de his omnibus tractaturus Imp auſpicatur ab his, quæ re celebrantur tanquam ab vtilioribus; vtilius eſt enim habere obligatum eum, cui rem noſtram tradimus; quam cui verba, litteras, vel conſenſum.

Ideoq; dicuntur hæ obligat. re contrahi, quod in illis, vt ſuperiori tit. docuimus, præter conſenſum partium, qui in quacumq; obligat. deſideratur; rei quoq; interuentus ad ſubſtantiam obligationis neceſſariò requiratur l. obligamur 51 verſ. re ff. de act & oblig: adeo, vt ſi duo conueniant de mutuanda, commodanda, aut deponenda re, niſi res tradatur; nunquam conſtituitur mutuum, commodatum, vel depoſitum, aliud enim profectò eſt contractus, & aliud promiſſio de contrahendo, vt eleganter, docet Iaſon in l. bonefidei § . ff de eo, quod certo loco, & in his realibus obligat. nemo ad plus obligari poteſt; quam re vera acceperit l. ſi tibi decem

tem 18 ff. de pactis, ſed bene ad minus l. rogaſti xi. §. ſi tibi ff. de rebus creditis, ea ratione, quia in eo, quod plus eſt ineſt minus, ſed non e contra, l. in eo, 111 ff de reg. iur.

Diuiditur tandem tit. hic in quinque partes, pro vt in eo de quinque ſpeciebus contractuum, & oblig quæ re celebrantur tractatur, nempe de Mutuo, Indebito, Commodato, Depoſito, & Pignore, quorum contractuum quidam fiunt gratia tantum accipientis, vt mutuum, & commodatum, quidam gratia dantis vt depoſitum, & quidam gratia vtriuſq; vt pignus §. fin. h. e. Cæterum contractus indebiti non eſt proprie contractus, ſed quaſi contractus, qui ex ſolutione rei indebitæ oritur vt infra apparebit in §. 2. huius tit, qui habet concordantes titulos. ff. & C de rebus cred. cũ aliquot ſequentibus.

In Textum.

DE MVTVO.

CVM inter quoq; ſpecies obligationum realium de quibus hic agitur nobilius ſit mutuum, quod ex mera liberalitate procedit. Vnde ex eo, dictum eſt quia de meo tuum fiat, vt hic in §. 1. & l. 2. §. appellata ff. eod. ideo primo loco de eo agitur in hoc ipſo §. pri & ff. & C. de rebus credidis ad cuius doctrinam tria preſertim exploranda ſunt Quid ſ. ſit mutuum, & quę eius ſubſtantialia, Quæ in mutuo pręſtanda veniant, & Quæ actio pro mutuo competat remiſſiue. Mutui Ethimologia.

Et primo mutuum, vt ex text. noſtro hic, & ex l. 2. §. mutui ff. eod. colligitur eſt contractus iurisgenentium, in quo res numero pondere, vel menſura conſtantes ita traduntur; vt accipientis fiant, cum propoſito reſtituendi eas in eodem genere, quantitate, & qualitate; & differt a credito, quia illud ſignificat omnem contractum re initum l. i. § 2 ff eod. Defi.o Mutui.

mutuum

mutuum vero hanc ſolam ſpeciem l. 2. §. creditum eod tit. Ad cuius mutui ſubſtantiã plura deſiderantur aliqua ſ. à parte mutuãtis, alia a parte rei mutuatę; & alia a parte accipiẽtis, à parte mutuãtis requiritur, quod ſit dominus rei mutuatę, ad hoc vt dominiũ in accipientẽ trãsferre poſſit, vt hic, et d.l 2. §. creditum. iuxta regulãm; Nemo plus iuris in aliũ trãsferre pot, quam in ſe ipſo habeat l. nemo 55. ff de reg. iur. ; amplius & requiritur, vt animo mutuandi rem tradat, vt hic in text. ; A parte rei ſpectatur quod res conſtet pondere, numero, vel menſura, vt aurum, pecunia vinum, vtq; recipiat functionem in genere ſuo dum aurum pro auro, pecunia pro pecunia & vinum pro vino reſtituitur vt hic, & d.l. 2. §. mutui. nam ſi de eadem re reſtituenda conneniant partes erit commodatum, § 2. h. t. vel ſi de alio genere erit permutatio, vel contractus inominatus, do vt des, d.l. 2 in pri. ff. eod. A parte demum accipientis mutuum requiritur quod & ipſe animo conſtituendi mutuum rem acceperit; actus enim agentium non operantur vltra eorum intentionem l. non omnis 19 ff. eod.

Secundo ad cognoſcendum quæ nam in mutuo, & aliis contractibus pręſtanda veniant, præmittenda eſt ordinaria doctrina Bart in l. quod Nerna 32 ff depoſiti poſt gloſſ in §. præterea in verbo debet h. t. in omnibus contractibus quinque hæc conſiderari poſſe, Dolus ſ. , Culpa lata, Culpa leuis, Culpa leuiſſima, & Caſus fortuitus . Dolus eſt omnis calliditas, fallacia, vel machinatio ad circonueniendum, fallendũ, decipiendumue alterum adhibitam l. 1. ff. de dolo. Culpa lata, eſt negligentia, & ignorantia eorum, quę omnes curant, & ſciunt, dolo omnino non carens l. latæ 223 ff. de verbo. ſignif. Culpa leuis eſt negligentia, & ignorantia illa , qua homines ſępe res alienas æque, ac ſuas negligunt, & ignorant dd. in d. l. latæ. Leuiſſ. culpa eſt neglig. , & ignorant. earum, quæ diligentiſſimus quisq; tantum curat, & intelligit, præd. l latæ. Caſus tandem fortuitus eſt euentus rei , qui nulla humana prouidentia præcaueri poteſt arg. l. quæ fortuitis 5. C. de pignorat. actione. His ſic pręmiſſis dum quæritur, quæ præſtanda veniant in mutuo, di-

cendum

tendum eſt, a mutuante tradendam eſſe rem prout reperitur, admonito tamen accipiente de vitio occulto rei arg. a l. in rebus 18. §. item qui ff. commodati; a parte vero accipientis reſtituenda eſt res eiuſdem generis, quantitatis, & qualitatis, etiam ſi hoc non ſit cautum, quia eſt de natura contractus. vt hic. & l. cum quid 3. ff. eod. nec refert quod res perierit dolo, culpaue lata, leui, leuiſſima, aut caſu fortuitu, de his enim omnibus tenetur mutuatarius §. item is h. e. tum quia iam factus eſt dominus rei mutuatæ, & ad dominum ſpectat interitus rei l. pignus 8. C. de pign. act.; tum quia eſt debitor generis, quod perire non poteſt, l. incendium xi. C. ſi cert. pet.

Tandem pro repetenda re mutuo data competit mutuanti contra mutuatarium actio perſonalis, quæ vocatur certi condictio l. certi condictio 9. ff. eod. & de qua actione latius dicetur in §. ſequens infr. de actionibus.

DE INDEBITO.

SEcunda ſpecies obligationum, quæ re contrahuntur, eſt illa, quæ oritur ex ſolutione indebiti; ex eo enim quod quis ſoluit alicui indebitum, obligat ſibi accipientem ad reſtitutionem, quæ obligat. licet connumeretur hic in §. 2. inter obligationes reales, ratione materiæ, quæ eſt res ipſa, eadem tamen, ratione formæ connumeratur etiam inter oblig. quæ ex quaſi contr. proficiſcuntur, cum ſoluens alicui id, quod non debet non contrahere, ſed quaſi contrahere videatur, §. item is infr. de oblig. quæ ex quaſ. contr. & de qua obligat. agitur in tit. ff. & C. de condictione indebiti pro cuiuſue intelligentia tria hæc noſce oportet, Quid, & quotuplex ſit indebitum, In quibus caſibus indebite ſolutum repeti poſſit, & in quibus non, Et qua actione indebitum repetatur remiſſiue.

Quo ad primum indebitum dicitur illud, quod aliqua obl. non debetur, quodue quadruplex eſt aliud ſ. indebitũ ciuiliter licet

nalem, quæ vocatur condictio indebiti, vt hic, & l. 1. ff. eod. de qua pariter actione latius in tit. de actionibus tractabimus.

DE COMMODATO.

TErtia obligationum realium ſpecies eſt commodatum, ſic dictum quaſi ad alterius commodum datum, de quo agitur tum hic in §. item is. ff com modati, & C. de commodato & in cuius interpretat. tria pariter obſeruanda ſunt Quid ſit cõmodatum, & quæ eius requiſita, Quæ in eo præſtanda veniant, & remisſiue Quæ actio pro commodato competat.

Circa primum Commodatum; vt colligitur hic & l. 3 ff. eod. eſt contractus iurisgent, in quo aliquid alicui gratis, & ad certum vſum conceditur vt illud met ipſum non deterioratum reſtituatur, & differt ab vtendo dato, vt ſpecies a genere l i. §. 2. ff. eod. Ad cuius eſſentiam tria maxime requiruntur .ſ. vt fiat gratis, aliàs interueniente mercede cenſetur locatio, vt hic in fin. Item quod concedatur ad certum vſum, & determinatum tempus, quod etiam ſi non fuerit expreſſum ſubintelligitur l in commodato 17 ff eod. ad differentiam precarij, quod in hoc maxime differt a commodato, vt ad preces commodatarij, & ad placitum commodantis concedi ſoleat l. i. ff de precario, De natura tandem cõmodati eſt, vt eadem res non deteriorata reſtituatur vt hic & d. l. 3. ff. eod. In quo differt commodatum a mutuo, & eo amplius, quod in mutuo transfertur dominium, non autem in commodato vt hic, & l. rei commodatæ 8. ff. eod. & ideo commodari nequeunt ea, quę vſu facile conſumuntur, vt frumentum, vinum, pecunia, niſi ad pompam d l. 3 in fin. ſed commodantur res tam mobiles, quam immobiles l. 1. §. 2. ff. eod., & de alijs differentijs inter commodatum, & mutuum, ac alios contractus videas ordinariam doctrinam Bart. in l 2. § 1. de reb. cred.

Quo ad ſecundum à parte commodantis, pręſtanda eſt res gra

tis & ad certum vſum, & tempus, expectandusq; finis vſus, & temporis d.l. in commodato 17. §. ſicut, ampliusq; præſtanda eſt res non vitioſa, vel ſaltem admonendus eſt commodatarius de vitio oculto rei, alias tenetur commodãs de omni damno, quod ob id commodatario contigerit l. in rebus 18. §. item qui ff. eod. Ex aduerſo tenetur commodatarius rem commodatam recte tenere, cuſtodire, & reſtituere non deterioratam, alias non liberatur d.l. 3. §. reddita ff. eod. regulariter enim tenetur commodatarius de dolo lata, leui, & leuiſs. culpa; non autem de caſu fortuito, vt hic & d.l. in rebus 18. ff eod. ſicut euenit in omnibus alijs contractibus initis gratia tantum accipientis excepto mutuo l. ſi vt certo 4. §. nunc videndum ff. eod. niſi forſam commodatum aliquid fuerit gratia tantum commodantis, vt in ſponſo, qui veſtes commodauit ſponſę, vt ſibi comptior appareret, tunc enim commodatarius tenetur ſolum de dolo, ſicut & in alijs contractibus, qui gratia tantum dantis fiũt, vt in depoſito d.l. ſi vt certo §. interdum, vel niſi commodatum fuerit gratia vtriusq;, tenetur namq; de dolo lata, & leui, non leuiſſima culpa, prout euenit in cæteris contractibus vtriusq; gratia initis, vt in pignore d. l. in rebus. De caſu enim fortuito vt dixi regulariter non tenetur commodans, niſi vel ita conuenerint contrahentes, vel res æſtimata commodata fuerit, vel demum commodatarius fuerit in mora ad rem ipſam reſtituendam d. l. ſi vt certo §. ſed interdum, & d. l. in rebus ff. eod.

Tandem ex commodato duæ oriuntur actiones perſonales, vna directa commodanti contra commodatarium, alia contraria commodatario aduerſus commodantem, de quibus plenius dicam in tit. infr. de actionibus in §. ſequens illa diuiſio.

DE

DE DEPOSITO.

ACcedit quarta ſpecies obligationum realium, nempe Depoſitum, dictum ex eo, quod ponitur, & committitur fidei, & cuſtodiæ alienæ l. 1. ff eod., de quo agitur tum hic in §. præterea, tum in tit. ff. depoſiti, & C. de depoſito, & circa cuius materiã tria hęc animaduertenda ſunt. Quid ſit depoſitum, & quæ eius requiſita, Quæ in depoſito præſtanda ſint, & Quæ actio remiſſiue detur.

Quo ad primum Depoſitum tripliciter in iure capitur, aliquando pro ſequeſtro, quod fit de re litigioſa auctoritate Iudicis l. propriè 6. ff. eod. aliquando pro depoſitione rei debitæ apud perſonam, vel locum publicum, quæ depoſitio vim ſolutionis obtinet l. acceptam 19. C. de vſuris l. obſignatione 9. C. de ſolutionibus, qui tamen ſunt potius actus quidam iudiciales, & de quibus hic non agitur; aliquando vero capitur, pro ut eſt & ipſum contractus iuris gent. in quo aliquid alienæ fidei gratis cuſtodiendum datur, vt illud met ipſum deponenti reſtituatur; quemadmodum colligitur ex text. noſt. hic, & ex l. 1. ff. eod. licet ibi definiatur depoſitũ pro vt ſignificat potius rem depoſitam, dum dicitur depoſitum eſt, quod cuſtodiendum alicui datum eſt, & quę ſequuntur. Vnde colligitur in depoſito illa maxime deſiderari, vt recipiatur gratis, alias euadit locatio cuſtodiæ d. l. 1. §. ſi veſtimenta, vtq; depoſitarius rem cuſtodiat, non vtatur, alias furtum committeret, niſi conſenſus domini accederet l. ſi ſaculum 29 ff. eod. ac demum vt eandem met rē deponenti reſtituat, prout hic in textu.

Secundo ſicut deponens tenetur de omni damno, quod paſſus eſt depoſitarius ob vitium rei depoſitæ, l. ſi ſeruus 31. in fin. ff de pignorat. act. ita ex aduerſo tenetur depoſitarius de dolo, & lata culpa in cuſtodienda re depoſita vt hic, & d. l. 1. §. illud, niſi merces pro cuſtodia detur tenetur enim quoque de culpa leui l. ſi vt certo 5. §. nunc videndum ff.

ſa hypotheca appellabitur, quæ in his tantum differt a pignore, cum in aliis idem ſit l. ſi rem alienam 9 §. proprie ff. de pignorat. act. Vnde etiam apparet, quæ nam in pignore proprie requiruntur, & quæ in hypotheca.

Secundo in pignore a parte debitoris tradenda eſt res non ficta non ſuppoſita l i. l ſi quis, 36 ff. de pignorat. actione, a parte vero creditoris retinenda eſt res donec ei plene ſatisfactum fuerit, vel etiam vendenda ſi intra legitimum, aut conuentum tempus ſatisfactum non fuerit l. 4. ff. de pignorat. act. teneturq; creditor, qui pignus recepit de dolo, lata, & leui culpa, non autem de leuiſſ., aut caſu fortuito vt hic, niſi aliter conuenerint partes, aut culpa vel mora in reſtituendo præceſſerit l. quæ fortuitis, 5. cum ſeq. C. de pignorat. act.

Poſtremo ex hoc contractu duæ ſimiliter oriuntur actiones perſonales, vna directa contra creditorem, qui pignus accepit, alia contraria aduerſus debitorem, qui illud tradidit, vt latius apparebit infra in tit d act. ſuper §. item ſeruiana, Et hæc ſuper huius tit. Interpretatione breuiter dixiſſe ſufficiant.

IN TITVLVM.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS.

Super Rubrica.

CVm intimos animi noſtri ſenſus variis modis exprimere, ac indicare natura datum ſit, id nullo tamen commodius fieri poteſt; quam verbis, & ſermone ipſo, cuius ope inuicem colloquendo, & communicando homines, varie inter ſe contrahunt ſibi viciſſim promittendo, & adſtipulando, Vnde orta

In Textum.

PLura circa vniuerſam ſtipulationis materiam conſideranda occurrunt, quorum tria in hoc ipſo tit. declarantur, nempe Quid ſit ſtipulatio, & quę eius requiſita, Quotuplex, & remiſſiue, Quæ ipſius actiones. cætera vero in quinque ſequent. tit. explicantur.

Quo ad primum ſtipulatio definitur à Iurecconſ. in l. 5. §. ſtipulatio ff. eod. vt ſit verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur daturum, facturumue ſe id, quod interrogatus eſt reſpondet, quam definitionem delineat Imp. hic dicens. Verbis oblig. contrahitur ex interrogatione, & reſponſione, cum quid dari, fieriue nobis ſtipulamur, & ex qua definit. quinque colliguntur ſubſtantialia requiſita ſtipulationis, quatuor formam, vnum vero materiam ipſius reſpicientiæ.

Quorum primum expreſſum in primo verbo definitionis eſt quod pręter conſenſum, qui, vt dixi in quacunq; obligatione concurrit l. 1. ff. de pactis, verborum quoq; concurſus ad ipſius ſubſtantiam neceſſarius ſit, verborum inquam ore prolatorum non nutu, aut litteris, propterea mutus, ſurdus, infans, furioſus, & abſens ſtipulari non poſſunt, niſi per procuratorem, filium, aut ſeruum §. mutus, §. furioſus, & §. item verborum inſ. de inut. ſtip. l. 1. in pri. ff. eod. Nec intereſt cuiuſcumq; idiomatis ſint verba, dummodo contrahentes ſe inuicem intelligant etiam per interpretem §. 2. hoc eod. d. l. 1. §. fin. ff. eod. Nec pariter refragatur tex. in l. non figura 37. ff. de act. & oblig. vbi dicitur non minus valere quod ſcriptura; quam quod vocibus lingua figuratis ſignificatur, quia verum eſt non minus valere in ſuo genere litterarum obligationem, quæ ſcriptura conficitur; quã ſtipulat. quæ verbis contrahitur.

Sequitur in definitione verbum Conceptio, vnde colligitur non ſolum requiri pro forma ipſius ſtipulat. verba; ſed conceptionem, & concentum verborum, quod euenit dum vterq; contrahentium loquitur, d. l. 1. in p. ff. eod. ideo ſi vnus tan-

tum

tum interroget, altero non reſpondente, nullā oritur oblig. ſicut ſi vnus tantum reſpondeat, & promittat altero non interrogante, naſcitur ſimplex pollicitatio, quæ eſt offerentis ſolius promiſſum l.3 ff. de pollicitat. , Sed hinc labimur in maximam quæſtionem , quia cum hæc verborum conceptio non ſolum inducat ſtipulat. , ſed etiam pactum , vt aperte ait tex. in l. iuriſgentium 7. § quod ferè ff. de pactis, quo modo dignoſci poterit, an contrahentes voluerint ſtipulari, vel paciſci; niſi dicamus, quod vel id conſtat ex verbis contrahentium, & ſtandum eſt verbis l ſemper 35. ff. de reg. iuris, vel ſi verba ſint dubia exploranda eſt intentio contrahentium, quæ ſi nec appareat, præſumendum eſt potius contrahentes ſtipulari quam paciſci voluiſſe pred. l. iuriſg. §. qui ferè in fin. ff de pactis.

Accedunt in eadem definit. verba illa, Quibus is, qui interrogatur, vnde colligitur tertium ſtipulat. requiſitum reſpiciens formam ipſius eſſe, quod in ea præcedat interrogatio, alias vitiatur ſtipul. vt aperte dicit tex. hic in pr. & apertius l. obligamur 51. verſ. verbis. ff. de act., & oblig. Nec refert, quod ommiſſio ordinis non vitiet actum l. nec enim 6. ff. de ſolut quia hoc procedit in illis, in quibus ordo non eſt de forma actus, pro vt eſt in ſtipulat. in qua ſi præcederet promiſſio eſſet potius pollicitatio, vel pactum, & quia multa ſæpe vltro promittuntur officij gratia, credentes alios non accepturos l. 3. in fin. ff. de act. & oblig. quod ſi præcedat interrogatio, videtur reſponſionem deliberate emanare, & cum animo obligandi.

Quartnm requiſitum manat ex illis verbis daturum, facturumue ſe id; materia namq; ſtipulationis eſt res, vel factū illud, quod in ſtipulat. deducitur, vt colligitur hic in §.1. & in l. obligationum ſubſtantia 3. ff. de verb. oblig. Vndæ binæ oriuntur ſtipulationum ſpecies valde inter ſe diſtantes, ſtipulatio ſ. dandi, & ſtipulat. faciendi, de quibus ſtatim infra tractabimus in ſecundo capite.

Quinto tandem pro forma ſtipulat. requiritur, vt cum prius præceſſerit interrogatio ſequi debeat reſponſio, d. l. obligamur verſ. verbis quod euenit, ſi vel in reſponſione repetita fuerint

rint

rint omnia in interrogatione expreſſa, vel ſimpliciter re-ſponſum fuerit, cenſentur enim omnia repetita §. præterea infr. de inut. ſtip. Cæterum vbi aparet diuerſitas inter ſti pulationem, & reſponſionem vitiatur contractus, l. 1. §. ſi quis ſimpliciter ff eod. cum diſtinctione tamen textus in d. §. præterea infr. de inut ſtip vbi plene de hoc tractabimus. Immo ad hoc vt reſponſio interrogationi conuenire dicatur, debet ſtatim, vel poſt modicum interuallum ſubſequi, nullo actu extraneo non neceſſario intercedente, l. continuus 137. in pr. ff. eod. & ſi tamen verba ſuperuacanea non obſint l. quæ extrinſecus 65 ff eod, & de quo videas pulchram theo ricam Bart. in d. l. 1 §. qui preſens ff eod.

Quo ad ſecundum principale caput quinque afferuntur diuiſio nes ſtipulationum, tres ſ. ex ſubſtantia ſtipulationis deſum ptæ in hoc ipſo tit. aliæ duæ ex accidentibus deprompte in duobus ſeq. tit.

Prima ſtipulat. diuiſio deſſumpta ex §. 1. hoc eod. & ex l. ſti-pulationum 74 cum ſeq. ff eod. eſt, quod alia dicitur ſtipu lat certa, & alia incerta. certa ſtip. eſt, in qua certum quid deductum eſt; incerta vero, in qua incertum; certum autem dicitur illud, quod apparet, quid, quale, quantumue ſit; In certum, quod non apparet l. vbi 75. ff eod, & ſicut ſtipulatio certa niſi aliud obſit ſemper valet: ita circa incertam di-ſtinguendum eſt, cum Iaſ in l triticum 94 ff eod, quod vel incertitudo eſt in genere rei, vt cum ſtipulatur quis animal, & vitiatur ſtip. tanquam deluſoria, quia debitor preſtan-do muſcam liberaretur, quemadmodum dictum eſt de lega-to, ſupr. in tit. de legatis; Vel eſt in ſpecie rei, quam legi-ſte vocant genus, & tunc vel ſtipulatur quis ſpeciem, que recipit fines a natura, vt hominem, bouem, & valet ſtip vel ſpe ciem quæ recipit fines ab homine, vt fundum non adie-cta appellatione, aut a pondere, numero, et menſura, vt aurũ, pecuniam, vinum, non adiecta quantitate, & qualitate, & non valet ſtip. d. l triticum 94. & l. ita ſtipulatus 115. ff. eod. Vel demum incertitudo eſt circa indiuiduum, quod legi-ſte vocant ſpeciem, & tunc vel ſit incertitudo nominis co-gnominis, æquiuocationis, ſimilitudinis, alternationis, aut

futuri euentus, quæ ex probabilibus coniecturis declarari non poſſit & vitiatur pariter ſtip. de iure ciuili l. ſi in nomine 32. l qui ex pluribus 106. l ſi id qui 22. cum ſimilibus ff. eod. ſecus de æquitate canonica, qua promiſſor poteſt compelli, vt boni viri arbitrio incertitudinem declaret, & promiſſa adimpleat: dictum fuit ſingulare Archidiac. in c. ſunt nonnulli 1. q. 1. quod Alex. in l. ita ſtipulatus 115. inquit eſſe legiſtis incognitum.

Secunda ſtipulat. diuiſio, quæ colligitur ex §. omnis h. e. tripertita eſt omnis enim ſtipulat. aut pure aut in diem, aut ſub conditione concipitur.

Pura ſtip. eſt illa, quæ ſine vlla addictione temporis, vel conditionis fit, ex quaue promiſſum illico debetur, & peti poteſt, vt hic. & l cedere diem 213. ff. de verb. ſignif.; cedere enim diem ſignificat rem deberi, venire autem diem rem peti poſſe, & ideo ſicut in ſtipulat. conditionali, pendente condit. non cedit, nec venit dies, in ſtip. vero ad tempus, pendente tempore, cedit, ſed non venit dies: ita in ſtip. pura ſtatim cedit, & venit dies, adeo vt debitum illico peti poſſit, vt hic, & l eum qui 41. §. fin ff. cod. licet arbitrio iudicis habile tempus adſoluendum concedatur §. fin. infr de inut. ſtip. nec enim venit creditor tum ſacco paratus l quod dicimus 105 ff. de ſolut.

In diem ſtipul. eſt illa, cui addicitur tempus, vel dies, in quem ſuſpenditur ſolutio, l. qui hoc anno 42. ff eod. propterea in huiuſmodi ſtipul. cedit quidem illico dies, non autem venit, niſi adueniente tempore, vel die in ſtipul. appoſito, immo niſi totus dies labatur, vt hic in text. & §. qui hoc anno infr. de inut ſtip.

Hinc multum intereſt, quod ſtipuletur quis dari ſibi decem ſingulis annis, vel decem annuos, primo enim caſu quia tempus apponitur ad differendam ſolutionem peti nequeunt decem, niſi in fine annorum; immo ellapſis annis l. qui hoc anno 42. ff. eod. alio vero caſu, quia tempus ad perpetuandam oblig. potius; quam ad differend. ſolut. addictum videtur, tanquam pura ſit ſtipulatio peti poſſunt decem in initio annorum §. at ſi ita iunct. gloſſ. b. e. Similis eſt ſti-

pulat.

pulat. fructuum naſciturum, quæ licet pura ſit recipit dilationem temporis, l. interdum ff. eod. Et ſtipulatio, dari Romæ, quæ & ſi pura ſit habet inſitum tempus, quo Romæ ſolui poſſit §. loca h. e. l. interdum 73. ff. eod. adeo vt ſi quis dicat promittis hodie dare Romæ inutilis ſit ſtipul. propter impoſſibilitatem d. §. loca, ſicut inutilis redditur propter incertitudinem temporis, & loci, quæ non poſſit certificari, cum alias tempus incertum, ad commodum creditoris, locus vero incertus, ad commodum debitoris interpretetur l. eum qui 41. ff. eod. licet ſecus ſit in alternatiua temporis & rei cuius electio eſt debitoris, in alternatiua vero loci, & conditionis, creditoris l ſi ita 12. ff eod. l. 3. ff. de eo quod certo loco, cum ſimilibus.

Conditionalis demum ſtipul. eſt illa, cui apponitur conditio, in cuius euentum ſuſpenditur obligatio, adeo vt antea nec ceſſiſſe, nec veniſſe diem dicatur, ſed tantum ſperetur rem aliquando deberi, quæ ſpes tranſmittitur etiam ad hæredes contrahentium, vt hic in §. ſub. conditione & §. ex conditionali, & l. obligationum 43. ff. de actio. & obligat. Eſt autem Conditio ex Bart. ſent. in l. 1. ff. de condict. & demonſt. quidam futurus euentus, in quem diſpoſitio ſuſpenditur, hinc præſentes, vel præteriti euentus, tam quam improprie conditiones, non ſuſpendunt obligationes, nec eas conditionales reddunt, vt hic in §. conditiones, & l. conditio 100 ff. eod. Et eſt conditio triplex Alia neceſſaria, quam neceſſe eſt aliquando extitura, licet ignoretur quando, vt ſi morieris, & hęc pariter non ſuſpendit oblig. nec eam reddit conditionalem l. ſi pupillus 9. §. 2 ff. de nouat. Alia eſt poſſibilis, quæ poteſt euenire, & non euenire, & hæc vel eſt poteſtatiua, h. ſ. poſita in poteſtate cõtrah. & ſi eſt poſita in voluntate promittentis, vel vtriuſq; vitiat ſtip., ſi in voluntate interrogantis, vel tertij non vitiat, ſed ſi eſt negatiua impletur morte §. ſi quis ita h. e. l. ſtipulatio 17., & l. ſi decem 48. ff. eod. Vel eſt caſualis h. s. pendens a caſu, vel mixta pendens ab vtroq; & hæc ſtipul. non vitiat; ſed eam ſuſpendit, vt dixi in euentum ipſius, pred. §. ſub. cond. h e. Alia demum eſt Conditio impoſſi-

bilis,vel ſecundum naturam,vt ſi virgo pariet, vel de facto, vt ſi digito cœlum tetigeris, vel de iure,quæ etiam turpis cond.appellatur,vt ſi Caium occideris, vel propter inexplicabilem perplexitatem verborum, & ſub harum aliqua conditionum affirmatiue concepta ſtip.vitiatur; negatiue vero ſuſtinetur,quia cond. habetur pro non addicta §. ſi impoſſibilis,& §.quod turpi infr de inut.ſtip.l.non ſolum.13 ff.de act. & oblig. l. impoſſibilis 7. l. generaliter 26. ff. eod,ſecus eſt in vltimis voluntatibus, in quibus duæ primæ condit impoſſibiles habentur pro non addictis, nec vitiant,duæ vero poſteriores vitiant §.impoſſibilis ſup.de hæred.inſtit,& ibi tetigimus.

Tertia tandem diuiſio ſtipulationum, deſſumpta ex §. fin. huius tit.,& ex l.2.ff eod. eſt, quod omnis ſtipulatio, vel eſt dandi,vel faciendi,adde vel mixta. Stip. dandi eſt illa in qua promittit quis aliquid dare,ita vt dominium in accipientem transferat,quia dare ſignificat dominium transferre, §.ſic itaq; infr.de act.l.vbi 75. in fin. eod. & ideo obligatus ad dandum non liberatur per ſimplicem traditionem rei, ſed debet eſſe dominus, vt poſſit dominium in accipientem transferre,iuxta regulam nemo plus iuris.55 ff.de regul. iuris;ſecus eſt in obligato ad tradendum, reddendum, aut pręſtandum,quia cum hæc ſint facti per ſimplicem traditionem liberatur debitor l. ſi rem tradi 28.ff.eod. & eſt oblig hæc pręciſa,& inuariabilis; adeo vt non liceat altero contrahentium inuito,aliud petere, vel ſoluere; quam id, quod in ſtipulat.deductum eſt d l ubi 75.ff.eod.niſi illud peremptum ſit, quia tunc ſuccedit oblig ad æſtimationem l. ſi ſeruum 91.§.fin.ff eod.

Stipulatio vero faciendi eſt illa,in qua quis promittit aliquid facere vel non facere,in qua ſtipulat.ſtatim ac promiſſor incidit in mora ad faciendum, vel non faciendum tenetur illico ad intereſſe ipſius creditoris l ſtipulationes.72.ff.eod: Eſt autem intereſſe de mente gloſ. in l. vnic.C.de ſent.quæ, pro eo,qui inter damnum emergens, vel lucrum ceſſans, & eſt triplex intereſſe conuentum,commune, & ſingulare,intereſſe conuentum,eſt id,quod partes conueniunt vt ſoluant,

ſi aliquid factum, vel non factum fuerit, quod etiam pena cōuentionalis appellatur, vt in d.§.fin.h.e. & l fin ff.de pratorijs ſtip. Commune intereſſe eſt, communis æſtimatio lucri, vel damni ſecundum plus, & minus l.præcia rerum 63.ff. ad l falcid. Singulare demum eſt æſtimatio lucri, & damni ſecundum propriam contrahentium affectionem, & vtilitatem prȩall. l.vnica. Quando autem agitur ad intereſſe, diſtinguendum eſt, vel enim in contractu appoſitum fuit intereſſe, & pœna conuentionalis, vt in d. §. fin. & illa debetur, vel ea non fuit oppoſita, & debetur intereſſe commune, immò ſi adſit rationabilis quædam affectio debetur etiam intereſſe ſingulare, quod non excedit duplum communis d.l. vnica, & intereſſe ſemel exactum non poteſt amplius exigi, niſi ita conuentum ſit, vt toties ſoluatur pœna; quoties contrafactum fuerit, vel niſi adſit Clauſula illa firmo manente pacto, l. penult. ff. de tranſact.

Mixta tandem ſtip. eſt illa, in qua promittit quis rationes reddere, quod & factum, & dationem continet ideoq; ſecundū naturam communem regulatur l.veteris 13.C. de contrah. & comitt. ſtip. & in his abſoluta eſt huius tit. interprætatio.

IN TITVLVM

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI ET PROMITENDI.

Qvartam hic videtur afferre Imp diuiſionem ſtipulat ex accidenti deſumptam quatenus Alia ſimplex, alia duplex dici poteſt, Simplex ſtip. eſt illa, in qua vnus interrogat, vnuſq; ſimpliciter vnam rem promittit, nam quot ſunt corpora, tot ſunt etiam ſtipulationes l.i.§.ſed ſi mihi ff eod. nec intereſt quod quis ſuo, & alieno nomine interoget, vel reſpendeat, adhuc

enim

enim ſimplex dicitur ſtip. & res pro parte cuilibet, vel a quolibet debetur §. quod ſi quis infra de inut. ſtip.

Duplex vero ſtipulatio eſt illa, in qua vna, & eadem res, ex eadem cauſa, æque principaliter, & in ſolidum a duobus ſtipulatur, vel a duobus promittitur, qui duo rei ſtipulandi, vel promittendi dicti ſunt, §.1.2.& 3.h.e. l.2. & tot. tit. ff.de duobus reis, & poſſunt duo rei alter purè, alter in diē, vel ſub conditione obligari § fin.h e. & l. ex duobus 7.ff. eod & ſi vnus ex coreis debendi ſoluat integrum debitum alter omnino liberatur; ſicut & ſi vnus ex coreis credendi exigat integrum creditum, alter petere nequit §. ex huiuſmodi h.e.& l.3 ff eod. Immo cum de iure ff. de C. poßet creditor quēmcumq; duorum reorum in ſolidum conuenire l.i.C.eod hodie per ius authent. poteſt pro parte tantum, niſi alter ſit abſens, vel non ſoluendo Auth.hoc ita C. de duobus reis. Poſtremoq; conſtitui poſſunt duo rei debendi, vel credendi non ſolum in ſtipulatione; ſed in quolibet alio contractu, & etiam in vltimis voluntatibus l.eandem 9.ff.eod.

IN TITVLVM

DE STIPVLATIONE SERVORVM.

Dubitari poterat circa hucuſq; dicta an ſtip. quam a iure ciuili inuentam eſſe diximus, contrahi poſſet a ſeruis. qui eorum, quæ iu S
ris Ciuil. ſunt incapaces dicuntur l. quod attinet 33 ff.de reg iuris, & receptum eſt ab Imp. hic, & a iureconſ.in tit.ff.eod.eos quidem ex ſui perſona minime ſtipulari, aut aliter contrahere poſſe, ſed bene ex perſona dominorum, quibus ſtipulando, vel aliter contrahendo immediate acquirunt §. 1. 2. & ſi.h. e.; præterquam ſi ſtipulentur factum ali-

aliquod perſonale; veluti ire, agereve licere per fundum alienum, acquirunt enim commodum ſeruitutis dominis, mediante tamen perſona ipſorum ſeruorum, quibus ſolis facultas eundi, agendiue conceditur §. ſed cum factum h.e. ; & quæ dicimus de dominis, obtinent etiam in hæreditate iacente, h.ſ nondum adhita ab hærede, cui ſerui hæreditarij ſtipulando, vel aliter contrahendo acquirunt §.i.h.e. & hęc ſatis de ſeruis, quorum vſus antiquatus eſt.

IN TITVLVM DE DIVISIONE STIPVLATIONVM.

QVinta hic affertur ſtipulat. diuiſio, ex cauſa efficienti deſſumpta. Omnes enim ſtipulat. ſunt, vel Iudiciales uel Prætorię, vel conuentionales, vel communes, ut hic & l. ſtipulationum 5 ff. de verb. oblig iudiciales ſunt, quæ ab omnibus aliis iuris ciuilis partibus; pręterquam a iure pręt. introductæ ſunt, vt paſſim per iudices, ubi æquum fuerit, præter conſenſum partium interponantur, ut patet in exemplis allatis in §.1. h.e nempe in cautione, ſiue ſtipulat de dolo, quæ interponitur, quoties creditor reſtituit debitori pignus deterioratum, dum cogit eum iudex ut caueat, & ſtipuletur debitori ſe reſarciturum omne damnum, ſi unquam conſtiterit dolo ipſius tale pignus deterioratum fuiſſe, Vel in cautione de ſer uo perſequendo, reſtituendoue precio ut optime declarat gloſſ. ibidem in uerbo de perſequendo.

Prætoriæ ſtip. ſunt, quæ a iure præt. introductę ſunt ad ſimilitudinem iudicialium, cum & ipſæ a præt. & quandoq; a iud. ubi ęquitas poſtulat interponantur ; ut in exemplis adductis in §. prætorię h.e. nempe in cautione, ſiue ſtipulat. de damno infecto, qua cogitur uicinus meus mihi cauere de

omni

omni damno, quod ex ruina ædium ſuarum meis ædibus ac cidere poßet l 1.& tot.tit.ff.de damno infecto.aliud exemplum eſt in caut.legatorum, uel fideicommißorum, quam tenetur præſtare hęres legatarijs, uel fideicommiſſariis de ſol uendo legato, uel fideicom cum uenerit dies à teſtatore ad dicta l.i, & tot tit ff ut legatorum nomine caueatur. Et ſub his prætoriis ſtip. continentur etiam edilitiæ, ut hic ueluti ſi tibi uendo animal teneor cauere de morbo occulto ipſius l.itaq; & tot.tit.ff de ædilitio edicto; & de his omnibus ſtipulat, pretoriis adeſt integer tit ff.de præt ſtip. ubi uariæ afferuntur differentiæ ſtipulat.pręt: de quo etiam late agit Myſing.hic.

Conuentionales ſtip. ſunt, quæ ex conſenſu, & conuentione partium fiunt extra iudicium, §. conuentionales h. e. ueluti, quando alter interrogat, & alter reſpondet, ut late hucuſq; dictum eſt, in quo differunt a iudicialibus & prætoriis, quod in illis una pars non interrogat, & altera reſpondet, ſed iudex, ſiue prætor fungens quodamodum uices interrogantis, aliquẽ reſpondere, & cauere cogit ut admonet Myſing. hic.

Communes tandem ſtip. tam prætoriæ; quam iudiciales ſunt illæ, quæ in quibuſdam caſibus a iure ciuili, in aliis a iure præt. introductę ſunt, ueluti eſt cautio rem pupilli ſaluam fore, quam introduxit ius ciuil.quoties duo, uel plures dati ſunt tutores, quorum ille admittitur ad tut. gerendam, qui cautius ſatisdederit §. ſed & ſi ſup. de ſatisd. tut. uel cur. quam etiam introduxit ius pręt.quotieſcunq; datur aliquis tutor, tenetur enim ſemper ſatisdare tot. tit ſup. de ſatiſd. tut. & ff. rem pup ſal fo aliquando etiam dicitur communis ſtip. tam conuentionalis, quam prætoria, ut ſtip. rem ratam heberi; poßunt enim & contrahentes conuenire ut ratum habeatur quod a procuratore eorum geſtum fuerit, & quandoq; etiam ad hoc compelluntur a iudice l.i.& tot.tit. ff.rem ratam haberi.

IN TITULUM

DE INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

Super Rubrica.

M*Ateriam ſtipulat. proſequendo, vt oſtendit Imp. ſup: titulis quid, & quotuplex ſit ſtip. docet nunc in preſenti, quæ res in ſtipulat deduci, Quæ perſonæ ſtipulari, quibusve modis, vtiliter, vel inutiliter poſſit, propterea inſcribitur hęc rub. de inut. ſtip., quæ habet concordantem Rubr. C. eodem.*

In Textum.

A*D hæc tria redigitur vniuerſa materia huius tit. Quæ .ſ. res vtiliter, vel inutiliter in ſtipulat. deduci, Quæ perſonæ ſtipulari, & quibus modis poſſint?*

Circa primum vtiliter ſtipulari quis poteſt omnia ea, quæ in Quæ res stipulari
rerum natura, & in commercio noſtro ſunt, vel ſperantur eſ- possunt
ſe, vt fructus, & partus naſcituri Ideo cum homo mortuus,
& hypocentaurus extra naturam; res vero Sacræ, religioſæ,
& Sanctæ extra commercium noſtrum ſint, nec regulariter, Quæ non.
& de ſui natura ſperentur futuræ, inutiliter in ſtipulat dedu
cuntur §. 1. & 2. h. e l. inter ſtipulantem 83. §. Sacram ff. de
verb. oblig; ſicut etiam inutilis redditur ſtip. , quę a prin-
cipio valebat ſi res promiſſa deſinat eſſe in natura, & com-
mercio promiſſoris ſine facto, eius præd §. 2.; quemadmo-
dum e contra ſtipulatio rei propriæ ſtipulantis, quæ aliàs
non valet, ſi conferatur in caſum quo res ſua eſſe deſierit, va
lidatur; vt hic in §. item nemo, & l. ſi rem meam 31 ff de

verb. obl. , Et quod dicimus de ſtipulat. dandi intelligitur etiam de ſtipul. faciendi, vt nemo alienum factum promittere poſſit, niſi ipſe promittat ſe curaturum vt alius faciat, vel niſi appoſita ſit pœna l. ſtipulatio iſta 38. ff eod §. ſi quis alium, & §. verſa vice h. e. vbi Gloſſ. & Miſing. alias quoq; recenſent exceptiones.

Quo ad ſecundum omnes perſonæ vtiliter ſtipulari poſſunt, quæ & liberum conſenſum, & verborum ſenſum habent, Ideo nec furioſus nec mutus, aut ſurdus ſtipulari queunt, nec pupillus etiam, niſi proximus pubertati ſit, & tunc etiam actiue, ſed non paſsiuè , niſi , tutoris authoritas accedat §. mutum , cum duobus ſeq. h. e. l. 1. C. eod. Immo licet filiusfam. liberum conſenſum habeat contrahendi cum aliis , cum patre tamen cuius poteſtati ſubiectus eſt contrahendo naturaliter tantum ; non etiam ciuiliter obligatur , . §. item inutilis h. e. l. frater a fratre. 38. §. p. ff. de cond indeb. niſi in caſtrenſi, vel quaſi peculio, in quo vices patrisfamilias ſuſtinet l. 2. ff. ad ſenatusc. maced. , Quæ omnia, ſane procedũt cum quis, pro ſe ipſo ſtipulatur regulariter enim pro alio nemo, vtiliter ſtipulari poteſt, niſi, pro eo cuius poteſtati ſubiectus, ſit, vt pro patre, domino, & ſimilibus §. ſi quis alij h. e. & dictum eſt ſupr. per quas perſ. nob. acq. . Vel niſi alternatiue, ſibi aut alteri ſtipuletur , vel coniunctiue ſibi, & alteri, primo enim caſu valet ſtip. in totum; altero vero pro parte §. planè cum ſeq. h. e. Vel niſi ſtipuletur quis pro eo, cui dari ſua interſit, vt in exemplis allatis in §. ſed & ſi h. e. Vel demum niſi appoſita fuerit in ſtipulatione pœna , quo caſu pœna ſaltim peti poteſt l. ſtipulatio iſta 38. §. alteri ff. de verb. obl. §. alteri, & d. §. ſi quis alij h. e. vbi gloſſ. nonnullos alios recenſet fallentias ad hanc regulam.

Demum ſtip. pluribus modis vtiliter iniri poteſt; & pure, & in diem & ſub conditione §. omnis ſup. de verb. oblig. Dummodo tamen fiat vt dixi inter preſentes, l. 3. C. eod. vel ſaltē in inſtrumento dicatur partes fuiſſe preſentes, ſic enim præſumitur, niſi contrarium probetur §. item verborum h. e. ; ſicut quando in inſtrumento ſcriptum eſt aliquem promiſiſſe, præſumitur ſtipulationem ſequutam fuiſſe §. ſi ſcriptum h. e.

h.e.ſecus ſi in ſcriptura priuata, vel in dictis teſtium, vt notat ibid.gloſſ. , Et dummodo reſponſio vt dictum eſt conueniat interrogationi, diuerſitas enim inter ea ſtipulat. vitiat §.præterea h.é. cum diſtinctione tamen Bart. & aliorũ hic, & in l.1.§. ſi quis ſimpliciter ff.eod. Quod vel diuerſitas eſt circa ſubſtantiam rei, in ſtipulationem deductæ, & adeo vitiatur ſtipulat. vt nec per ſubſequentem complacentiam reconualeſcat §.ſi de alia re h.e. Aut eſt diuerſitas circa quantitatem continuam vel circa qualitatem rei, aut circa qualitatem ſtipulat. vt quia alter pure interroget, alter ſub cõditione reſpondeat, vel circa tempus, aut locum, & his omnibus caſibus vitiatur pariter ſtip. niſi per complacentiã reconualeſcat d.§.ſi quis ſimpliciter, Aut eſt diuerſitas circa quantitatem diſcretam, h.e. circa ſummam rei, & non vitiatur ſtip.ſed valet in minori ſumma, quia in maiori ſumma ineſt minor d.l. 1. §. ſi ſtipulanti & §.præterea h. e; qui ſic intelligendus eſt, vt inutilis ſit ſtipulat. quo ad maiorem ſummam, non quo ad minorem; ſicut etiam euenit, cum ſtipulanti equum, bos, & equus promittitur; valet enim ſtip. equi, quia vtile per inutile non vitiatur d. l.1.§.ſed ſi mihi. Cuius diſtinctionis, & differentię ratio ea eſſe poteſt, quod diſſẽſus circa ſubſtant. rei tanquam circa fundamentum ſtipulationis adeo impediat conſenſum, vt ſtip. nulla ſit, nec per conſequens confirmari poſſit, diſſenſus vero circa qualitates, & accidentia, cum ſupponat conſenſum circa ſubſtantiam, facile per complacentiam tollatur, diſſenſusq; demum circa quantitatem, cum ſupponat conſenſum circa cetera, & etiam circa ipſam met quantitatem minorem nullum affert impedimentum, quin ſtip. illico valeat, ſicut valet etiam ſi verba præpoſterata ſint, vel ſi poſt mortem ſtipulantium, vel pridie quam moriantur, aut cum morientur concepta fuerit ſtip. omnino enim ad hæredes tranſit, ſicut, & conditionalis §.poſt mortem, cum duobus ſeq. & §. cum quis h. e. Et in ſumma toties valet ſtip. quoties turpitudinem, vel impoſſibilitatem non continet § ſi impoſſibilis, & §.quod turpi h.e.l 4.C.eod.l impoſſibilis 7. & l.generaliter 27. ff de verb.oblig. Cæterum ſi dolum, vel metum tantum contineat

eouſq; valet, quouſq; per doli, vel metus, exceptionem reſcindatur l.pen.C.eod.tit,

IN TITVLVM

DE FIDEIVSSORIBVS.

Super Rubrica.

Concludit Imp. materiam hanc ſtipulationum in hunc ſanè tit.de fideiuſſ. vbi de ea ſtip.agit,quæ alienę obligationi accedit, quo principali creditori ſecurius caueatur §.i.h.e., In quo differt fideiuſſor a Coreo promittendi,de quo dictum eſt ſupr in tit. de duobus reis,quia ille principaliter, & ex quocumq; contractu obligatur: hic vero acceſſoriè, & per ſtipulat.tantum §.1.& fin.h.e.& pariter differt a Sponſore,ſiue conſtitutore,de quo dictum fuit ſupr.in tit. de oblig. quod ille pro alio principaliter,& per nudum pactum conſtituit ſe ſoluturum; hic vero vt dixi acceſſorie,& per ſtip. Immo differt etiam a Mandante, de quo dicemus infra in tit.de mandato,quia mandatum nudo conſenſu fit, & regulariter præcedit oblig.principalem; fideiusſio vero & precedit,& ſubſequitur §.fideiuſſor il 2.h.e. demumq; differt ab Obſide,qui datur ſolum inter principes, & ex cauſa publica ſecund.dd.in l.diuus 31.ff.de iur.fiſci. & a Proxeneta, qui commercia,& contractus inter alios init,& obligatur ſolum ob dolum l.1.& 2.ff.de proxenetis.Cæterum cum expromiſſor, & fideiuſſor promiſcuè accipiantur magis tamen proprie expromiſſor dicitur ille,qui pro eo fideiubet, qui efficaciter non obligatur l.eleganter 7.§. ſeruus ff. de dolo & l. Marcellus 26. et tot. tit. ff. et C. de fideiuſſoribus,iuncto auth.de fideiuſſoribus,vbi de hac materia agitur.

In

In Textum.

AD quinque autem capita vniuerſa huius tit. inter prætatio redigitur, vt quæramus Quis nam dicatur fideiuſſor In quibus caſibus fideiuſſor inter cedat , Quæ perſonæ fideiubere, quibus & pro quibus poſſint , Qui fideiuſſionis effectus, & Quæ fideiußoribus priuilegia, actioneſq; competant.

Et primo Fideiuſſor dicitur ille, qui alienam obligat. ſtipulando in ſuam ſuscipit fidem, principali nihilominus remanente obligato, Et dicitur alienam oblig. quia nemo pro ſe ipſo fideiubere poteſt; ſicut poteſt conſtituere l. hæres 22. §. ſeruo ff. eod diciturq; ſtipulando, cum fideiuſſio non niſi ſtipulatione fieri poſſit, quod adeo verum eſt; vt cum inſtrumento appareat aliquem fideiuſſiſse, præſumitur id ſtipulando feciſſe §. fin. h e. additur in ſuam ſuſcipit fidem, quia fideiuß. proprium factum non alienum promittere debet; propterea inutiliter fideiubet, & ſtipulatur , qui alium daturum promittit, ſed neceſſe eſt, vt ſe pro alio daturum ſpopondeat, l. ſicut reus 66 ff eod. demunq; dicitur principali remanente obligato, quia fideiuſſor æque, & in ſolidum obligatur cum principali §. ſi plures h e.

Secundo fideiuſſor accedere poteſt omni oblig. , naturali, ciuili, vel mixtæ, ſiue ex contractu re, verbis, litteris, aut conſenſu inito, ſiue ex quaſi contractu, delicto, vel quaſi §. 2. h e, l. 1. l. ſi a reo 71. ff. eod: ita tamen vt fideiubens pro delicto teneatur in pecunia, non in perſona l. ſi quis reum 4. ff. de cuſtod. & exhib. reorum Item fideiuſſ. tam preteritæ, quam preſenti, aut futuræ oblig. accedit §. fideiuſſor il 2. h. e. cum tamen non poſſit conueniri antequam principalis incipiat debere l. fideiußor. 58. ff. eod. Præterea & pure, & in diem, & ſub conditione fideiubetur § fideiußores h. e. dummodo in parem cauſam, conditionem, vel ſummam, aut in leuiorem, vel minorem obligetur non in duriorem , vel maiorem d §. fideiußores & l. græce 9. in fin. ff. eod. Cum immo fideiuſſ. nõ

poſſit

poſſit aliam rem promittere, quam principalis l ſi ita 43 ff. eod., ſed bene partem rei, vel pecuniæ, quam principalis promiſit l. fideiuſſores 10. ff. eod. licet attamen in infinitū, & indeterminate fideiubere poſſit l. ſi ita 56. ff. eod., & vbi nulla eſt oblig. principalis ibi fideiuſſio non accedat l. qui contra 42. ff eod., excepto contractu dotis, qui licet per ſe valeat, tamen non admittit fideiuſſorem, ratione reddita in l. 2 C. ne fideiuſſ. dotium dentur.

Tertio omnes perſonæ fideiubere poſſunt, quæ & principaliter ſtipulari, quas proximo ſup. tit. recenſuimus, excipitur tamen monachus c. 3. extra de fideiuſſ. miles l. milites 31. C. de locato, & Mulier, quæ nullo pacto pro alio fideiubere, & obligari poteſt ſenatusconſulto velleiano brohibente l. 1. totoq; tit ff. & C. ad ſenatusconſ. vell. exceptis caſibus relatis a gloſſ. in l. fin C. eod tit. Ex aduerſo poteſt fideiberi illi tantum, qui principalis creditor eſt, vel illi, per quem principali creditori acquiri poteſt l. fideiuſſor 17. ff eod & l. ſi procurator. 28 ff de procur. & dictum eſt ſup. per quas perſon. nob acq. Demum pro quocunq; fideiuberi poteſt, qui naturaliter, ciuiliter, vel vtroq; modo obligari poteſt d. l. fideiuſſor 17. §. fideiuſſor. ff eod. ideo & pro ſeruo, & pro pupillo; non autem pro furioſo, vel infante l ſi a reo 71. §. adeo ff eod, Immo poteſt etiam fideiuberi pro ignorante, & inuito l. fideiubere 31 & ibi Caſtrenſis ff. eod. & quod magis eſt pro fideiuſſore ipſo, vt ille indemnis ſeruetur, quod quotidie fit, taleſq; fideiuſſores vulgo laudatores appellantur L. græce 9. in fin ff. eod.

Quarto loco effectus fideiuſſionis ij ſunt, quod æque, & in ſolidum cum principali, obligat etiam fideiuſſorem, adeo vt ſi plures ſint fideiuſſ. omnes in ſolidum obligentur § ſi plures h. e. l 3. C. eod. quæ oblig. tranſit etiam ad hæredes fideiuſſorum § fideiuſſor il pri. h. e. l poteſt accipi 4. ff. eod. Inſuper qui dedit fideiuſſ illum, qui fideiubere, vel conueniri nequit tenetur alium idoneum dare; ſecus ſi dedit pauperem, & non ſoluendo l. 3 ff. eod. Immo ſi debitor principalis proprio facto obligationem protrahat, protrahitur quoq; fideiuſſio l. ſi a colono 59. in fin ff. eod. ſicut ſi principalis capite minuatur.

tur fideiuſſ. nihilominus remanet oblig. l. capitis 54. ff. eod. quamquam vbi principalis oblig. non valet, etiam ſi iuramento firmata, nec fideiuſſoria teneat, l ſi quis pro eo 57. ff. eod. Idemq; eſt vbi principalis oblig. nouata eſt l. nouatione 4. C. eod. eſt autem nouatio prioris debiti in aliam oblig. vel ciuilem, vel natur. transfuſio atq; translatio l. i. ff. de nonat. & de qua late dicemus in tit. infr. quid mod. toll. obligat.

Poſtremo fideiuſſoribus, aliiſq; ferè omnibus, qui pro alio intercedunt quinq; competunt de iure beneficia, ſiue remedia ordinaria. Primum eſt beneficium ordinis, ſiue excuſſionis, cũ enim de iure veteri & ff. & C. poſſet creditor conuenire fideiuſſ. etiam ante principalem debitorem l. 3. & l. iure noſtro. 5. C. eod. hodie de iure nouiſſ. authent. ſancitum eſt, vt prius debeat conuenire principalem, eiuſq; bona diſcuttere, quæ ſi poſtea non ſufficiant fideiuſſ. conuenire poſſit auth. de fideiuſſ. §. 2., quod translatum eſt in Auth. preſente C. eod. quod tamen beneficium ceſſat in multis caſibus, in quibus fideiuſſ. etiam prius conueniri poteſt, vt puta ſi principalis abſens, vel remotior, vel notorie non ſoluendo, aut potens uel formidoloſus ſit, d. auth. præſente ibiq; ſcrib. & l. 2. ff. qui ſatisd. cog., ſiue naturaliter tantum obligatus, adeo vt contra eum non competat actio l. Marcellus 26. ff. eod, uel quia creditor cauſam compenſandi cum fideiuſſore habeat. Bald. in l. exceptionem xi. C. de euictionibus, aut quia ſe fideiuſſ. negauerit, uel expreſſe huic benef. renunciauerit, principaliterue ſe obligauerit l. ſi dubitet 40. §. 2. ff eod. dd. in d. auth. preſente, & in auth. hoc ita C. de duobus reis.

Secundũ eſt beneficium diuiſionis, ſiue epiſtola D. Adriani, cum enim pluribus datis con fideiuſſ. in eadem cauſa, quilli bet in ſolidum h. ſ. ad totum debitum obligetur; & conueniri poſſit, cautum eſt quadam D. Adriani epiſtola quæ hodie non reperitur ut fideiuſſ. in ſolidum conuentus cogere poſſit creditorem actiones diuidere, & a quollibet confideiuſſore partem petere § si plures h. e. l. inter eos. 52. ff. eod. quod etiam benefic. in multis caſibus ceſſat, quorum quinque recenſet gloſſ. in d. § si plures, ſextus eſt cum ex pluribus

fideiuſſ.

fideiuſſ. alter efficaciter, & alter ineffic. obligatus eſt l. ſi Titius 49. ff eod, uel quando expreſſe renunciauit, uel principaliter ſe obligauit ſecundum dd. in d. auth. preſente.

3. Cedendar. action. Tertium eſt beneficium cedendarum actionum, quando enim ex pluribus confideiuſs unus tantum conuentus ſolidum ſoluit quia erat in caſu quo benef. diuiſionis petere non poterat, poteſt ſaltem petere, ut creditor, qui iam ſolidum conſequutus eſt, cedat ei actiones contra alios confideiuſs. pro portionibus conueniendos quod facere non poſſet fideiuſſ. niſi actiones ſibi cederentur quippequi nullam cum eis habeat obligationem, nec per conſequens actionem l. ut fideiuſſor 40. ff. eodem.

4. Exceptionis. Quartum eſt benef exceptionis, omnes enim exceptiones tam reales, quam mixtæ, quæ competunt debitori principali, competunt etiam fideiuſs. l. ex perſona 33. l. ſi teſtamento. 50. ff. eod. ſecus in exceptionibus perſonalibus, quæ ſoli reo cõpetunt l exceptiones 7. ff. de except., & quę ſint except. reales, perſonales, uel mixtæ infra dicemus in tit. de except.

5. Actio mandati. Quintum tandem remedium eſt actio mandati, quæ datur fideiuſſori, aduerſus debitorem principalem, pro quo ipſe ſoluit, uel ſaltem depoſuit, uel obtulit debitum §. ſi quid h. eod. & l. fideiuſſor, 65. ff. eod. ſicut e contra creditor poteſt agere contra fideiuſſorem, uel actione ex ſtipulatu, quia, ut dixi, fide iuſsio ſtipulatione conficitur, uel actione perſonali ex contractu, ſuper quo inita fuit fideiuſsio ut late infr. uidebimus in tit. de act.

IN

INTITVLVM

DE LITERARVM OBLIGATIONE.

Super Rubrica.

TErtia obligationum ſpecies, ex contractu proficiſcens eſt illa, quæ litteris, & ſcriptura conficitur, vt cum quis ſpe futuræ numerationis ſcribit ſe mutuo, vel in dotem recepiſſe aliquid ab aliquo, quod re vera non recepit, ex ea .n. ſcriptura, in tantum obligatur ſcribens, vt petente aduerſario id quòd ſcriptum eſt, poſſit nihilominus opponere ei exceptionem non numeratę pecuniæ, vt late videbimus in progreſſu huius tit., qui habet concord. C. de non numerata pecunia, quiq; ideo inſcribitur de literarum oblig. eo quod ad ipſius ſubſtantiam præter præſumptum quendam conſenſum partium, ſcripturam quoq; ex poſtulet; ſcripturam inquam ſiue priuatam manu ipſius debitoris, non tertij confectam, quæ vtiq; contra, non autem pro ſcribente probat l. inſtrumenta 5. C. de probat l. publica 26. §. fin. ff depoſiti; ſiue publicam manu notarij confectam, cum diſtinct. tamen gloſſ. in l. 3. C. eod. quod vel notarius ſcribit aliquem recepiſſe, & hæc ſcript adeo probat, vt ei non opponatur except. vel ſcribit aliquem confeſſum eſſe ſe recepiſſe, & opponitur exceptio l. tum precibus 18. C. de probat., quod animaduertentes Iudei exprobrabant Pilato noli ſcribere rex iudeorum, ſed quod ipſe dixit.

In Textum.

TRia vero in huius materię interpretatione conſideranda ſunt Quæ .ſ. obligat. ex hoc literarum contractu naſcatur, Quæ ex ea oblig. actio. & Quæ contra eam actionem exceptio.

Quo ad primum valde controuerſi iuris eſt, quonam obligatio ex literarum contractu naſcatur, cum tamen communis opinio mihi magis probetur a principio quidem naſci tantum ciuilem oblig. poſt biennium vero ſupernaſci quoq; naturalem, cuius rei argumentum planè eſt, quod oblig. hæc ante biennium tanquam mere ciuilis, quia a iure ciuili introducta pariat quidem actionem, ſed inefficacem, quæ oppoſita exceptione non numeratæ pecuniæ perimitur; poſt vero biennium ſuperueniente quoq; naturali oblig. tum propter æquitatem legis, ne creditores diutius forſam defraudentur pecuniis ſuis, §. fi. h. e. tum propter præſumptum conſenſum pariat actionem efficacem, quam ſola ciuilis, & naturalis ſimul iuncta parere poteſt, vt late docuimus ſup. in tit. de oblig.

Secundo cum oblig. hæc literarum a iure ciuili introducta ſit, nempe a l. in contractibus 14. C. eod. & a tex. noſtro hic. ſecund. Gloſſ. in §. ius autem gent. in verbo penè ſupr. de iure. nat. gent. & ciu., cumq; eo iure cautum non ſit, qua actione, actor experiri debeat, conſequens eſt competere condictionem ex lege, & iure illo, a quo ipſa oblig. introducta eſt, iuxta tex. in l. vnica ff. de cond. ex lege, quod etiam confirmat gloſſ. hic in verbo condictio.

Tertio tandem, aduerſus hanc actionem competit exceptio non numeratæ pecuniæ, per quam petente actore id, quod ipſe reus ſcripſit ſe recepiſſe, excipit reus illud re vera non fuiſſe enumeratum vel traditum, licet ipſe ſpe futuræ numerationis ſcripſerit ſe recepiſſe §. 1 in princ. h. e. Quæ tamen exceptio eius naturæ eſt, vt ſiquidem opponatur a reo ante biennium transferat onus probandi pecuniam fuiſſe re vera enumeratam in actorem; ſi vero opponatur poſt biennium, incumbat ipſi met reo onus probandi pecuniam non fuiſſe enumeratam; vt aperte colligitur ex l. 1. & l. aſſeueratio 10. C. eod. nec enim refragatur tex. noſt. hic in vlt. verbis, qui intelligitur vt poſt biennium non opponatur except. hæc in ſui natura priuilegiata; ſed in natura communi omnium exceptionum, quæ eſt; vt opponens except. teneatur eam probare, iuxta l. in exceptionibus 19. ff. de probat. Immo poteſt

veus non ſolum opponere hanc except. vbi conuenitur ab actore, ſed etiam ſi non conueniatur in modum actionis ad hoc vt ſcriptura ſibi reſtituatur, vel reſcindatur l. ſi quaſi 7. C. eod excipiuntur tamen non nulli caſus, in quibus hæc excep. ceſſat, primo namq; non opponitur in aliis contractibus; quam in mutuo, & dote, & hoc propter facilitatem qua quis inducitur ad ſcribendum ſe recepiſſe, quod non recepit, deſiderio conſequendi mutuum, & vxorem l. Generaliter 13. & ibi ſcrib. C. eod. & gloſſ. hic in verbo minime, Item ceſſat quoties debitor agnoſcendo debitum ſoluere incipit, text. eſt, quē optime limitat Bart. in l. cum. fidem 4. C. eodem. Alios quatuor caſus recenſet vlt. gloſſ. min. hic quando ſi quis ſcribit ſe in veritate recepiſſe, vel quando geminat confesſionem, aut ſi in teſtamento, vel in iudicio confiteatur, quorum tamen primum non ita de facilè admiſerim, quia ſi except. hæc opponi poteſt vbi quis etiam iurauit ſe recepiſſe l. fin. C. eod. pari ratione opponi poterit, vbi confeſſus eſt ſe in veritate recepiſſe. Immo adeo æqua, & fauorabilis eſt hæc except. vt inter dubia concludant dd. in l. 3. C. eod. huic except. renunciari non poſſe, quia eadem facilitate quis induceretur ad renunciandum, ac inducitur ad confitendum; niſi talis renunciatio fieret ex interuallo, quia cenſeretur potius agnitio præcedentis debiti, ſecund. Ang. hic. Caueant igitur debitores Cautella

præmaturas receptiones ſcribere; ſed magis caueant creditores indebitas exigere pecunias, quid quid enim contra conſcientiam fit ædificat ad Gehennam c. literas. de reſtit. ſpoliat. c. omnes 28. q. 1.

IN TITULUM

DE OBLIGATIONIBUS EX CONSENSU.

QVarta demũ obligationum ſpecies ex contractu manantium eſt illa, quæ ſolo conſenſu quomodocunq; expreſſo contrahitur, cum ad ipſius ſubſtantiam nec res; ſicut in realibus, nec verba; prout in ſtipulat., nec ſcriptura; quemadmodum in literarum obligatione deſideretur §. vnic. h. e. & l. 2. ff. de act. & oblig. nec enim officit emptionem, quæ conſenſu contrahitur, ſcripturam, præcium, & verba quandoq; admittere §. 1. 2. & pen. infr. de empt. & vend. quia & ſi emptionis conſenſus ſcriptura, vel verbis quandoq; exprimatur; poteſt nihilominus exprimi etiam nuncio, vel literis §. vnic. h. e. l. 2. ff. de act. & oblig. quemadmodum nec præcij traditio; ſed cõuentio deſideratur d. §. 1. & §. cum autem infr. de empt. & vend. Immo tres in iure inueniuntur obligationum ſpecies, quę conſenſu contrahi dicuntur, nempe Pacta omnia, quæ deffiniuntur vt ſint duorum pluriumue in idem placita, & conſenſus l. 1. ff de pactis, item Contractus innominati, do vt des, do vt facias, facio vt des, & facio vt facias l. naturalis. 5 ff. de pręſcrip. verb. ac demum, quatuor hi Contractus nominati Emptio, locatio, ſocietas, mandatum, de quibus infra agitur in quatuor ſequent. tit. quiue vltra quod ſolo conſenſu contrahuntur, in quo differunt ab aliis contract nominatis, qui re, verbis, & literis fiunt; habent etiam quandam inſitam æquitatem, ob quam non expreſſa quoq; in contractu veniunt ex bono, & æquo pręſtanda; vnde meritò bonæfidei contractus appellantur, ad differentiam ſtipulationis, in qua ea tantum veniunt ſtrictè præſtanda, quæ expreſſa fuerunt, vnde ob id ſtricti iuris contractus appellatur, vt hic in fin.

& l.

& l. quid quid aſtringenda, 99. ff. de verb. oblig. & de quo latius tractabimus in §. actionum infra de actionibus.

IN TITVLVM

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

PRima vero in ordine text., & in dignitate eſt Emptio, & vend., quę non duplex; ſed vnicus contractus eſt mutuo ementis, & vend. conſenſu celebratus, de quo agitur tum hic, tum ff. & C. de contrah. empt. cum pluribus ſeq. tit; & circa cuius materiam quinque potiſſ. obſeruanda ſunt. Quid ſit, quæue in ea requirantur tum circa rem; tum circa pretiū, Quotuplex, Quę in ea præſtanda, Quę perſone, vendere, ac emere poſſint, & remiſſiue, quæ actio ex ea proficiſcatur.

Et primo cum Empt. & vend. nullibi in iure deffiniatur ſic eam deffiniri poſſe arbitror; vt ſit Iuris proprii, in alium pro precio, conuenta translatio. Dicitur autem Iuris proprij, quia licet pro fundamento vendit. requiratur preſertim res aliqua vendita, vel extans, vel extitura l. nec emptio 8. ff. eod. cum ea tamen nihil aliud transfertur in emptorem, niſi ius quod habet venditor in re illa l qui tabernas 32 ff. eod adeo vt ſi ille dominus rei ſit, dominium quoq; in emptorem transferat; ſin minus non l. ex empto xi ff. de act. empti; Hinc eſt, quod quis vendere poteſt nō ſolum rem ſuam propriam, mobilem, vel immobilem, corporalem vel incorporalem, quo caſu transfert in emptorem dominium; ſed etiam rem alienam, quo caſu ſi res a domino euicta fuerit, tenetur venditor de euictione ad precium reſtituendum l. rem alienam 28. ff. eod. & d l.

ex

ex empto. Immo res etiam extra commercium noſtrum nempe ſacra, ſancta, religioſa, & publica ab ignorante emi poteſt l. 4. ff. eod. § fin. h. e., & quod magis eſt res etiam furtiua, ita tamen, vt poſſit dominus eam vendicare non effuſo precio, & diſcat emptor cautius mercari l. 2. C. de furtis; licet ex aduerſo nemo rem propriam emere poſſit; niſi in caſu, quo ſua eſſe deſierit l. exiſtimo 61. ff. eod. pariterq; bona minorum Immobilia ſine decreto venundari nequeunt l. 4. C. de prediis min., ſicut nec mala medicamenta, l. quod ſæpe 35. ff. eod, aut arma, vinum, frumentumue hoſtibus l. 2. & tot. tit. C. quę res exportari, & quę res vendi nequeunt. Prȩterea additur in diffinit. Pro precio, quia ad vendit. ſubſtantiam requiritur etiam conuentio, non traditio precij l. 2 ff. eod. adeo vt cum de certo precio conuentum eſt, licet illud nondum numeratum, nec res tradita, perfecta eſt vend. § 1 h. e. dummodo precium in pecunia numerata conſtituatur, alias ſi conſtituitur in re, contractus euadit permutationem, cum qua licet magnam habeat venditio Sympathiam, vt pote quod ab ea originem traxerit l. 1. ff. eod. diuerſos tamen eſſe contractus, meritò exiſtimarunt Nerua, & Proculus, contra Caſſii, & Sabini ſentent. d. l. 1. & § item precium h. e. moti in primis authoritate Homeri, cuius verſus ibidem relatos, pulchre vertit Alciatus, & Myſing. hic. Denumq; dicitur in diffinit. Conuenta translatio, ad oſtendendum in vendit. requiri conuentionem h. s. mutuum conſenſum ementis, & vendentis tum circa rem, tum circa precium ipſius, d. § p. h. e. & l. in venditionibus 9 ff eod. licet in arbitrium tertii precium conferri poſſit § 2. h. e. non autem in arbitrium ementis, vel vendentis l. in vendentis 13. C. eod. Et cum nihil conſenſui magis repugnet, quam error l. ſi per errorem 15. ff. de iuriſd. omn. iud. Ideo error circa ſubſtantiam non circa accidentia rei vend. vel precii vitiat vendit. d. l. in venditionibus cum ſeq. ff. eod. ac demum ita debet eſſe libera vend., vt nemo inuitus cogatur emere, vel vend. l. inuitum xi. C. eod.; prȩter quã

in

in nonnullis caſibus relatis a gloſſ.in d.l.inuitum,& præterquam in venditione immobilium, in qua proximiores agnati venditoris, & viciniores conſortes rei venditæ eodem oblato precio, extraneo emptori præferuntur, id enim licet Iure nouo correctum ſit per l.dudum 14. C. eod. Iure tamen municipali omnium ferè Italiæ ciuitatum; ad vſum reuocatum eſt, vt late docet Tyraquellus de iure protomiſeos.h.s.prælationis.

Circa ſecundum Emptio duplex eſt, prout duobus modis fit. vel nudo conſenſu quomodocunq; expreſſo, quo caſu ſtatim ac partes conſenſerunt de re, & precio, vend.perfecta eſt d.§.1.h e Vel ſcriptura, vt cum partes a principio conuenerunt, quod empt.contrahatur in ſcriptis, quo caſu donec ſcriptura ſiue publica, ſiue priuata in ſuo genere perfecta, & abſoluta non ſit, non videtur perfecta uendit d §.i.& l.contractus 16.C.de fide inſtrum.Immo poteſt contrahi vend. & pure, & ſub condit.& in diem, vt de aliis ferè omnibus contractibus dictum eſt §.pen.h.e.

Tertio plura ſunt in hoc contractu præſtanda, tam a parte emptoris; quam venditoris, quędam ſ. ex natura contractus, quedãue ex pacto contrahentiũ, & pri.ex natura contractus tenetur venditor tradere emptori liberã poſſeſſ.rei venditę admonereq; emptorem de vitio occulto rei, adeo vt ſi tradat rem alienam teneatur vt diximus de euictione ad precium reſtituendum l ex empto xi ff.de act.Empt, ſi vero rem vitioſam & morboſam edilitio edicto ad reſtitutionem preciĩ, ſimul cum omni damno vel ad quanti minoris res valet l.i & l.quæritur 14 ff.de edilit. edicto, vbi plura, & pulchra de vitiis, & morbis rerum, de quibus etiam pulcherrima apud Platonem 11.de legibus circa princ. Amplius, perfecta venditione tenetur venditor rem venditam, cuſtodire, & ſeruare vſq; ad traditum; adeo vt ſi res dolo, latæ, & leui ipſius culpa pereat, vel deterioretur id omne eius damno cædat, ſin minus ad emptorem omne periculum rei ſpectet, cum ad ipſum quoq; omne commodum, & incommodum ſpectare

re certum ſit §.cum autem h.e.l.id quod 7.ff de peric.& com.rei vend. quod tamen fallit in nonnullis caſibus relatis a gloß.min.& Myſing.ibidem. Ex aduerſo tenetur emptor ſoluere precium conuentum in pecunia proba & legitima,niſi ex poſt facto conuenerint partes vt aliud pro pecunia ſoluatur l.eleganter 24.§.2.ff.de pign.act. l.precii cauſa 9.C.de reſcin.vend.Et in ſumma tenetur uterq; ſtare contractui,a quo,altero inuito alter recedere nequit, niſi vel contractus ob, metum,dolum,deceptionemue vltra dimidiam iuſti precii reſciſus ſit, vel arrhæ datæ fuerint,recedens enim emptor a contractu arrhas ammittit, recedens vero debitor duplicatas arrhas ſoluit l.1.2.& 3. C.de reſcindenda vend. §. 1. in fin. h e. Ac demum ab vtraq; parte ſeruanda ſunt pacta in vendit. appoſita, ueluti pactum de in diem addictione, pactum legis commiſſoriæ,& pactum de retrouendendo l.i ff de in diem addictione l.2 ff de lege commiſſoria,& l.3.C. de pactis inter emp.& vend.

Quarto omnes perſonę vendere,ac emere poßunt, quę aliàs obligari, & contrahere queunt, quaſue enumerauimus ſupr.in tit generali de obligat Ideo inter patrem, & filium, tutorem, & pupillum non cadit reg. hęc oblig. l.2. ff. eod. cum immo nullus adminiſtrator publicus, vel priuatus poſſit, durante adminiſtrat. emere bona adminiſtrationis l. qui officii 62 ff eod. Tandem ex hoc contractu, duæ oriuntur actiones ſ. actio ex empto,& ex uendito, de quibus late tractabimus in tit. infr de act.in §. omnes.

IN TITVLVM DE LOCATIONE, ET CONDVCTIONE.

PRoxima emptioni, & vendit., eſt locatio, & conductio, quę & ipſa non duplex; ſed ſimplex contractus eſt, mutuo locatoris, & conductoris conſenſu celebratus, ad cuius materiam hic, & ff & C. de locato pertractatam; quinq; pariter exploranda ſe offerunt. Quid ſit locat. & quæ ipſius requiſita tũ circa rem; tum circu mercedem, Quotuplex, Quę in ea præſtanda, Quæ perſonæ locare, & conducere poſſint, & re miſſiue Quæ actio ex ea proficiſcatur.

Circa primum locatio; vt in parte colligitur ex ſumma Aſonis C. eod. eſt Alicuius rei, pro mercede, ad vſum conuenta conceſſio. Dicitur alicuius rei, quia pro fundamento locationis primum requiritur res, aliqua locata, propria locatoris, vel aliena l. ſi quis ff. eod. mobilis, vel imobilis. corporalis, vt cum quis locat opus aliquod faciendum, vel incorporalis, vt cum locat operas, & miniſteria pro opere faciendo l. opus 36. l qui operas. 41. ff eod., & ſicut opere locantur regulariter in dies: ita opera in dies aduerſione, & ad menſuras, d l. opus; & l ea lege 53. ff. eod, quod intelligitur de operibus mechanicis, non de nobilibus, quæ locari non ſolent l. 1. ff de var. & extra. cogn. Ex aduerſo nemo conducere poteſt, rem ſuam propriam, l. qui rem 20. ff. eod. ſicut nec locari poſſunt ſeruitutes reales a re diuiſæ, l. locare 47. ff. eod. Additur præterea in deffinit., Pro mercede; quoniam in locatione requiritur certa merces, & in pecunia numerata §. 1. & 2. h e alids ſi nulla interuen, merces euadit commodatum, §. item is ſup. quibus mod. re con. obl. ſi incerta, vel in alia re, quam in pecunia efficitur contract. inomin. facio vt des, d. §. 1. & 2. ſicut ſi locetur fundus vno numo, non valet locatio,

quia ſapit donat. l. ſi quis. 49. ff. eod. Et ideo optime diſtinguit Bart. in l. ſi apes 26. ff de furt., Inter illum, qui fundum conducit pro frumento, vel vino, qui colonus conductitius dicitur, cuiue competit actio praeſcriptis verbis, Illumq;, qui conducit ad partem fructuum, qui colonus partiarius appellatur, cui datur actio pro Socio, & illum, qui pro mercede in pecunia numerata, quiue ſolus conductor nuncupatur, & cui ſoli actio conducti competit. Amplius dicitur in ead. diff. Ad vſum, quia conductor vſum tantum rei conductae habet non etiam dominium §. item quaeritur h. e. l. non ſolet 42. ff. eod. niſi in caſu legis item ſi 25. ff. eod., & niſi in ea locat. qua emphyteoſis appellatur, de qua mox dicemus. Demumq; dicitur Conuenta conceſſio, quia ad locationis ſubſt. mutuus locatoris, & conduct. conſenſus deſideratur tum circa rem, tum circa penſionem, quae tamen in arbitrium tertij, non etiam contrahentium reponi poteſt; ſicut de vendit. diximus, cum qua locatio fraternizare videtur §. 1. h. e. l. 2. ff. eod. & ideo ſicut in vend. ita in locat. rationabilis error circa quantitatem mercedis, vel ſubſtant. rei, non circa accidentia locat. vitiat, l. ſi decem 54. ff. eod.

Quo ad ſecundum locatio duplex eſt, Vna temporalis quae pure, vel ſub condit. fit, quaeue proprie locatio eſt, & de qua agitur in tot. hoc tit. & ff. & C. eod. Alia perpetua, quae cum fiat in perpetuum, vel ſaltim ad longum tempus, quot annis renouandum, aut ad tertiam vel quartam generationem, videtur ſapere naturam quandam mediam locationis, & vendit. ideo improprie locatio, proprio vero vocabulo Emphyteoſis, ſiue vt vulgo dicitur libellum appellatur, & de qua agitur in §. adeo h. e. & ff. ſi ager vectigalis, vel emphyteuticus petatur, & C. de iure emphyteutico, Diciturq; Emphyteoſis h. s. plantantio, ſiue melioratio, quia olim ſterilia tantum in emphyt. dabantur; hodie vero frequentiſſ. eſt ipſius vſus. Et differt contractus hic tum a vendit. tum a mera locat. in multis relatis a Gloſſ in d. §. adeo h. e. veluti quia vend. & locat. a intelligent.

gent. Emphyt. vero a iure ciu. nempe a lege Zenonis inuenta eſt, in qua etiam deſideratur ſcriptura, quæ in illis nõ requiritur, præd § adeo & l. 1. C. eod. Immò cum vendi, & locari poſſint etiam mobilia, in Emphyt. vero Immobilia tantum dantur auth d. alienat & emphat. per totũ, & quod magis eſt ſicut in vend. plenum dominium, plenaq; poſſeſſio, in locat. nullum dom. nullaq; poſſeſſ. ita in Emphyt vtile tantum dom; naturaliſq; transfertur poſſeſſ. d l. non ſolet 42 ff. locat l. 1. ff. eod. Hinc eſt quod, cum conductor non poſſit rem alienare, ſed tantum ſublocare l. nemo 6 C. eod. Emphyteuticarius vero; ſicut & emptor, poteſt inuito quoq; Emphyteuta rem alienare; eo tamen prius requiſito, & per bimeſtre expectato an velit emere, & ſoluta quoq; ei quinquageſimæ pretii vt hic. & l. fin. C. eod. Hinc etiam eſt quod, cum venditor non poſſit rem ab emptore aliquo caſu auocare, locator vero id poſſit ſi re ipſa vti velit, vel ſi conductor re abutatur. qui per biennium non ſoluerit penſionem; Emphyteuta tunc demum poteſt, ſi Emphyteuticarius per triennium ſeculari, vel per biennium eccleſiæ canonem non præſtiterit, l. quæro 56 ff. locati l. 3. C. de locato, l. 2. C. de iur emph. c. potuit d. locato. Hinc demum eſt, quod cum interitus, & deterioratio rei venditæ ad emptorem, rei locatæ ad locatorem regulariter ſpectet, rei vero emphyteuticæ interitus, ad emphyteutam, deterioratio ad emphiteuticarium attinet. vt hic in d. § adeo, ubi etiam Myſingerius differentias inter emphyt. & feudum, cenſum, & precariam late proſequitur

Circa tertium caput plura præſtanda veniunt in locat. quædam ſ. ex natura, & lege contractus, quædam ex conuent. contrahentium, & primo ſecundum naturam contractus tenetur locator tradere conductori rem non vitioſam, vel ſaltem ipſum monere de vitio, alias ad remiſſionem mercedis, & quandoq; ad intereſſe tenetur l. ſed addes 21. in pr. ff eod, ſicut etiam tenetur ſi conductor culpa locatoris re conducta commode vti nequeat, l. ex conducto 16. in pr. ff. eod; licet modica incommoditas non inducat remiſ-

ſionem mercedis l. habitatores 30. ff. eod. Idem eſt ſi propter aduerſum fortunæ caſum, quem conductor reparare non poterat, res locata, vel ipſius fructus conſumpti, aut grauiter læſi ſint, ſecus ſi leuiter, vel ſi, poſt annum ſterilem ſequatur alter vberrimus d.l ex conducto § 2. & l. ſeq ff eod. c. ſi propter extr, de locat. Poſtremò locator tenetur ſtare locat nec poteſt conductorem expellere; niſi per biennium non ſoluerit, vel re conducta abutatur, aut ipſe eam reficere, vel ea vti velit d l. quæro 56 ff. eod. l. 3. C. eod. Immo ad hæc omnia tenetur etiam ſucceſſor vniuerſalis locat. non ſic ſucceſſor ſingularis, l. qui fundum 35. ff. eod. Ex aduerſo tenetur conductor ſoluere quot'annis penſionem, pro qua ſoluenda omnia illata in domo, vel re conducta, cenſentur obligata, & hypothecata locatori, §. item ſeruiana infr. de act. vbi de hoc plenius. Amplius tenetur quoq; recte vti, & cuſtodire rem conduct., quæ ſi pereat vel deterioretur dolo, lata, leuiue ipſius culpa tenetur ad omne intereſſe, §. pen. h e l item quæritur 14. ff. eod, nec poteſt rem deſerere; licet poſſit eam ſub locare; ita tamen vt teneatur ex facto ſecundi conductoris, ſicut etiam tenetur ex facto familiæ ſuæ d.l. nemo 6. C. eod. & l. videamus 12. ff. eod ad quæ omnia tenetur etiam ſucceſſor. vniuerſ. conduct. non ſic ſingularis §. fi. h. e. l. viam veritatis 10. C. eod & in ſumma tenetur vterq; ea omnia præſtare, quæ ex lege locationis, & ex conſuetudine loci præſtanda ſunt § conductor h. e. l. circa locationes 19. C. eod, niſi aliter conuenerint, contrahentes, quorum pacta, & conuentiones, dumodo non ſint contra ſubſtantiam contractus, aut bonos mores, omnino ſeruanda ſunt l. videamus 12. ff. eod. l. 1. & 2. C. de Iure Emph.

Circa quartum o.. nes locare, & conducere poſſunt, qui regulariter obligari; adeo vt etiam conductor, ſublocare poſſit d l. nemo 6. C. eod. & l. 3. C. de iur. Emph. excipiuntur Milites, & Curiales qui regulariter prædia conducere nequeunt l. curialis 3 cum ſeq. C. eod.

Poſtremò ex hoc contractu bina oriuntur actiones locati ſ. &

& conducti, de quibus ſatis late tractabimus in tit. inſr. de actionibus.

IN TITULUM DE SOCIETATE.

Tertia ſpecies obligationum conſenſu initarum eſt Societas, de qua agitur in tit. ff. & C. pro Socio, & ad cuius plenam doctrinam quinque animaduertenda ſunt, Quid ſit Societas, & quæ requirantur in ea, Quotuplex, Quæ prœſtanda veniant, Quibus modis finiatur, & remisſiue, Quæ actio pro ea competat.

In primis autem Societas plurifariam accipitur; Latisſimè pro quanque neceſſitudine, & coniunctione officij, vndè dicuntur Socij criminis, ſocij ſtudiorum, Minus late pro communione rerum non affectata; quę cadit inter illos, quo pro indiuiſo rem aliquam ſibi legatam, vel emptam poſſident, quibusue datur actio familiæ herciſcundæ communiue diuidundo §. item ſi inſr. de oblig. quæ ex quas contract. Et ſtricte, pro contractu ipſo Societatis, conſenſu partium inito, qui ſic deffinitur a Gloſſ rub. hic autoritate Ciceronis, vt ſit duorum, pluriumue conuentio, honeſte contracta, ad vberiorem quæſtum, commodioremq; vſum, Dicitur Conuentio, quia Societ. vt dixi contrahitur conſenſu partium, l. qui admittitur xviiij ff. eod cum etiam arbitrio tertij coiri poſſit l. 4. & l. ſi coita 76 ff. eod. Additur Honeſte contracta, quia rerum inhoneſtarum, aut dolo inita Societas nulla eſt l. 3. l. nec prętermittendum 58. ff. eod, propterea ex delicto acquiſita non communicantur l. quod autem 54. ff. eod. poſtremò dicitur ad vberiorem quæſtum, commodioremq; vſum, quo Societatis finalis cauſa demonſtretur.

Secundo

Secundo Societas duplex eſt, pro vt duobus modis initur, vel expreſſe verbis, litteris, aut nuncio, vel tacite, & re ipſa, cum duo aliquid interſe conferunt, & communicant l 4. ff. eod. vel cum ſimpliciter Societatem ineunt, quo caſu ea tantum veniunt in Societate, quæ ex opera, & quæſtu ſociorum procedunt, l. coiri 7. ff eod. Amplius contrahitur Societ. vel pure, vel ſub condit., vel ad tempus, aut in vita ſociorum, non vlterius l. i. l nulla 71. ff eod. Ac demum init^r. Societas, vel omnium bonorum, quo caſu veniunt communicanda omnia quomodocunq; obuenientia §. i. h. e., & l. 3. ff. eod. & fere etiam vxores, ac filii vt voluit Plato 5. de republica, vel alicuius negotiationis, aut rei, in qua ea tantum communicantur, quæ occaſione illius negotij, vel rei acquiruntur l cum duobus. 52. ff. eod.

Tertio in Societate primum ſeruanda ſunt pacta, & conuentiones partium, adeo, vt quaſcumq; partes, & lucri, & damni ſibi conſtituerint Socij ſeruandæ ſint, dumodo in Leoninam Societatem non vergant dum vnus totum lucrũ, alter totum percipit damnum, quæ Societas nulla eſt d. § i. iuncta gloſſ. h. e. & l. ſi non fuerint 29. ff. eod. Si vero nullæ expreſſæ ſint partes tunc debent eſſe equales lucri, & damni, proportionabiliter tamen ad id, quod contulerint Socij, vel rei, vel induſtriæ d. § i & 2. & d. l. ſi non fuerint in prin. Immo ſi tantũ expreſſe ſint partes lucri, ex illis regulantur etiam partes damni, & e contra, §. illud h e. omne enim lucrum, & damnum in Societate communicandum eſt, quippe cum Societas fraternitatis vinculum preſeferat l. verum 64. ff. eod. ac demum tenentur ſibi inuicem Socij de dolo, lata, ac leui culpa in Societate commiſſa; non autem de leuisſima, aut caſu fortuitu §. fin. h. e. l. cum duobus 52 ff. eod. nec compenſatur compedium cum negligentia l. nõ ob eam 25. cum l. ſeq. ff. eod.

Quarto ſoluitur Societ. ex quatuor cauſis, ex voluntate, actione, perſona, vel re, d. l. verum ff. eod. Ex voluntate, quoties vterq; ſociorum renunciat Societati, non ſi vnus tantum

tum

tum id faciat abſente, ignorante, vel diſſentiente altero, non diſſoluitur quo ad intereſſe illius §. manet h. e. l. actione 66. §. diximus ff. eod. idem eſt ſi intempeſtiue renunciauerit, niſi alter Socius inobſeruator, rixoſus, vel diu abfuturus eſſet l. ſi conuenerit 14. cum duab ſeq. ff. eod. Ex actione diſtrahitur Societ., cum vel ſtipulat. vel ſententia inouata, vel mutata eſt cauſa Societatis d. l. actione ff. eod. Ex perſona, cum alter ſociorum moritur, vel maximam, aut mediam capitis diminut. patitur, Societ. enim ad hæredes non tranſit, licet ad eos iura, & actiones Societatis tranſeant §. ſoluitur h e. & d. l. verum §. in hæredem, & §. Societas. Ex re tandem diſſociantur Socij, ſi vel negotium finitum, vel res perempta, aut bona omnia Socij publicata, creditoribus ceſſa, vel in ſolutum accepta ſint d. § ſoluitur & d. l. verum, & l. actione ff. eod.

Quinto tandem ex Societate vnica oritur, actio pro ſocio, de qua ſatis abundè dicemus infr in tit. de Act.

IN TITVLVM

DE MANDATO.

Quarta tandem ſpecies contractuum conſenſu initorum eſt Mandatum, de quo agitur etiam in tit. ff. mandati, & C. de mandato, Cuiusue materia ad quinque pariter capita redigitur Quid ſit mandat; & quę eius requiſita, Quotuplex, Quæ in eo pręſtanda, Quomodo reſoluatur & Quam act. remisſiue pariat.

Et primo Mandati nomen dupliciter capitur, vel pro imperiali reſcripto, vt C. de mand. principum, vel pro contractu conſenſu inito, qui ſic deffinitur a Gloſſ. in §. i. h. e. vt ſit officium ab eo, qui ſuſcepit gratuito. (addas), & honeſtè exhibendum. Dicitur autem officium, ab eo, qui ſuſcepit, exequen-

exequendũ, vt oſtẽdatur mãd. contrahi ſtatim ac quis mã dante, vel ſaltim conſentiente altero negotium illius exequẽdũ ſuſcipit, ſi.n. inſcio, & nõ cõsẽtiẽte altero negotiũ ipſius gerat, vtiq; non contractus mandati, ſed quaſi contractus negotij geſti oriri dicitur §. igitur infr. de oblig. quæ ex quaſ. contract. Preterea dicitur gratuito, quia cum mandatum ex officio, & amicitia originem trahat, vt ante tex. in l. 1. ff eod docuit Cicero pro Roſcio, nullam admittit mercedem, alioquin res ad locationem redigitur §. fin. h. e. & d. l. i. niſi aliquid remunerationis cauſa detur, quod mandatum non uitiat l. ſi remunerandi 6. cum ſeq. ff eod. Additur poſtremò honeſtè exhibendum, propterea quod mandat. rei turpis, & contra bonos mores non obligat mandantem mandatario actione mandati, ſed ei, qui læſus eſt ad pœnam delicti, §. illud h. e. d. l. ſi remunerandi ff eod.

Secundo Mand. duplex eſt, pro vt duplicitur contrahitur expreſſe s. quibuſcunq; verbis, nuncio, ſcripturaue publica; vel priuata, & tacite, cum quis ſciens, vel præſens patitur alium negotia ſua gerere, ex tacito enim conſenſu præſumitur mandatum d. l. i & l. ſi remunerandi §. ſi paſſus ff. eod. Inſuper mand. aliud eſt generale, ad vniuerſa negotia, aliud ſpeciale ad vnum tantum præd. l. ſi remunerandi Iterum aliud cum libera, hoc eſt, cum libera adminiſtrat ex quo poteſt procurator omnia, quæ poteſt dominus, aliud ſine libera, ex quo pariter omnia poteſt, præter quam alienare, cum diſtinct. dd. in l. procurator 58. & l. mandato 60. ff de procurat. Tract. Mand. vel pure, vel in diem, vel ſub condit. contrahitur d. l. i. Ac denium, vel gratia mandantis, vel mandantis, & mandatarii, vel tertii, vel mandantis, & Tertii, vel mandatarii, & Tertii, uel mandantis mandatarij, & tertij, ut late docet tex. cum Gloſſ. in §. i. & 2. h. e. & l. 2. ff eod, nam gratia tantum mandatarii initum mandat. non eſt obligatarium §. tua h. e., cum ſapiat potius conſilium, & ex conſilio non fraudulento nemo obligetur l. conſilii. 48. ff. de reg. iur.

Tertiò in mandato plura præſtanda veniunt, & primo tenetur

netur mandanti ad omnes impenſas, vtiles, vel neceſſarius, ad omneq; damnum, quod in proſequendo mandato paſſus eſt mandatarius, qui nec damnum, nec lucrum percipere debet l. ex mandato 20. l. qui inſulam 56 ff. eod. præterquam damnum fortuitum, quod ad procuratorem ſpectat l. inter 26 §. non omnia ff. eod, qui tamen textus de curialitate, ſaltem non videretur ſeruandus, propter textum contrarium in l. ſi ſeruus 63. §. quod vero ff. de furtis. Ex aduerſo tenetur mandatarius diligenter exequi, & cuſtodire fines mandati, quos ſi excedat, amittit actionē mandati, tenetur ad omne damnum, & intereſſe mandantis cui nec minimum quidem præiudicat §. is qui & §. mandatum h. e. & l. diligenter 5. ff. eod, teneturq; de dolo, & omni culpa; non autem de caſu fortuito l. a procuratore 13. C. eod, cum diſtinctionibus dd. in l. ſi procurator 10. C. de procurat.

Quarto Mandatum quatuor modis finitur. Primo reuocatione mandantis, quæ vtiq; poteſt fieri, dummodo res integra ſit, adeo vt non interſit mandatarij, vel tertij mandatum proſequi, §. rectè h. e. l. ſi mandaſſem 15. ff. eod. Secundo renunciatione mandatarij, quæ pariter debet fieri re integra alias tenetur mandat. ad omne damnnm, & intereſſe niſi iuſta aliqua cauſa excuſetur §. mandatum h. e. l. ſi mandauero, in fin. 22. cum trib. ſeq. ff eod. licet procurator ad negotia poſſit alium ſubrogare; ad iudicia vero non niſi poſt litem conteſtatam l. ſi procuratorem 8 §. 2. ff. eod. Tert. finitur mandat. finito negotio, ſuper quo initum erat d. l. ſi vero 12. Quarto morte naturali, vel ciuili mandantis, vel mandatarij, ſi res ſit integra; ſecus ſi non ſit integra, vel ſi mors ignorata fuerit, aut aliter cōuenerint contrahentes §. item ſi, iunct. Gloſſ h. e. l. ſi quis 27. §. morte ff. eod.

Demum ex mandato duæ proficiſcuntur actiones. vna directa, & alia contraria, quarum materiam declarabimus infra in tit. de actionibus.

IN TITVLVM DE OBLIGATIONIBVS, QVAE EX QVASI CONTRACTV NASCVNTVR.

Super Rubrica.

CVM obligationes omnes, ex contractu, vel quaſi, maleficio, vel quaſi proueniant, §. ſequens ſupr. de oblig. cumq; de his, quæ ex contractu ſunt, hactenus dictū ſit; ſequitur agēdū de his, q; ex quaſi cōtractu, ſic dictis, quia cū nullus intercedat conſenſus partiū, ſine quo verus non ſubſiſtit contractus l. 1. ff. de pactis; aliqua tamen ſubeſt æquitas, ob quam partes inuicem obligari, & quaſi contrahere Iuri ciuili viſum eſt; vt patet in quinque exemplis allatis in text. hic, cui reſpondent quinq; tit ff. & C. nempe de Negotiis geſt de Adminiſtrat. tutorum, Communi diuidundo, de Acquirenda hæred. & de condict. indebiti.

In Textum.

SVnt autem in hoc tit breuiter examinandæ quinque ſpecies obligat. ex quaſi contractu manantium; nempe Negotiorum geſtio, Tutelę adminiſtratio, Reiū communio, Hæreditatis adhitio, & Indebiti ſolutio. Et primo negotiorum geſtio quaſi contrahitur, cum quis abſq; mandato, abſentis vel ignorantis negotia vtiliter geſſit, alioquin ſi quis expreſſe mandet, vel cum preſens & ſciens ſit videatur tacite mandare, oritur obligatio

mandati

mandati §. igitur h.e. dicitur autem vtiliter gerere, qui abſque dolo & culpa gerit; licet negotium male ſortiatur l. ſed an vltro xi. §. 2. ff. eod. de neg. geſt. tenetur namque gerens ſicut, & mandatarius geſtionis rationem reddere teneturq; de dolo, lata, leui, ac leuiſſ. culpa, & quandoq; etiam de caſu fortuito ſecundum diſtinct. Gloſſa in d. §. igitur in verbo ad exactiſſimam h.e. ſicut ex aduerſo tenetur dominus ad omne damnum, & expenſas vtiles, & neceſſarias quas fecit gerẽs d. §. igitur, exceptis caſibus relatis a Gloſſ. ibidẽ in verbo idq; Demumq; ex hoc quaſi contractu duæ oriuntur actiones vna directa, & alia contraria, vt apparebit infr. in tit. de act.

Similis huic eſt Tutelæ adminiſtratio, ex qua; ſicut obligatur tutor ad reddendam rationem adminiſtrationis, & de dolo lata, ac leui culpa l. quicquid 7. C. arbitrium tutelæ: ita ex aduerſo obligatur pupillus ad omne damnum, & impenſas, quas vtiliter, vel neceſſariò fecit tutor, vel in eo, quod ſe pro pupillo obligauit vt hic in §. tutores, & l. 1. ff de contraria act. tut. pro, quo bina competunt act. vt infra dicam in tit de act. & dixi etiam ſup. in tit. de ſatisdat tut., & curat. in fine.

Tertia ſpecies oblig. ex quaſi contractu eſt illa, quæ oritur inter eos, qui aliquid commune habent, non ex Societate, alias enim daretur actio pro Socio, vt ſuperius docuimus; ſed ex donatione, vel legato, aut hæreditate ſibi pro indiuiſo relicta, primis enim duobus caſibus datur inter eos actio communi diuidundo, tertio autem actio familiæ, hærciſcundæ h. ſ. hæreditatis diuidundæ §. item ſi inter h. e. l. 2. ff. communi diuid. l. hæredes 26. ff fam. her. de quibus pariter act. infr. dicemus in eod. de act.

Quarta eſt hæreditatis aditio, ex quo enim hæres adit hæredit. videtur quaſi contrahere, & obligari legatariis ad præſtanda legata, §. hæres h. e. vnde oritur actio ex teſtamento, & actio hypothecaria, de quib. eod. tit. tractabimus.

Quinta tandem eſt indebiti ſolutio, ex eo namq; quod quis

indebitum ſoluit obligat ſibi accipientem a d reſtituendū ſolutum §. pen. h.e. exceptis caſibus relatis ſupr. in tit. quibus mod. re cont. oblig. , quorum vnum refert Imp. hic in §.fin.& in l. 4. C. de cond. ind nempe in cauſis, quę per inficiationem creſcunt, veluti in cauſa legis aquiliç ex qua ſicut negans damnum a ſe alicui datum condemnatur in duplum: ita emendans damnum a ſe non datum , emendationem non repetit, aquè enim legibus improbatur quod reus ſe inocentem, ac quod inocens reum ſe faciat: item veluti in legato eccleſię relicto, quod ſi ab alio etiam , quam a debitore pręſtetur non tamen repetitur; cum vbi ceſſat cauſa debiti , ibidem pietatis inſurgat pręſumptio, quę repetitionem omnino impedit l. cum is §. mulier ff. de condic indeb.

IN TITULUM

PER QUAS PERSONAS NOBIS OBLIGATIO AQUIRITUR.

Sicut rerum tractatui, qui ſuperiori libro explicatus eſt, acceſſit titulus per quas perſonas res nobis acquiruntur : ita obligationum materię inſeritur hic per quas perſonas obligatio nobis acquiratur , acquiruntur autem oblig. omnes de quibus hactenus dictum eſt per eaſdem met perſonas , & in omnibus caſibus , in quibus res quoq; ipſas acquiri docuimus, hoc vno excepto, quod cū rerum dominia, & poſſeſſiones acquirantur nobis non ſolum per nos met ipſos, filios, ſeruos, ſed etiam procuratores: obligationes vero, & per conſequens actiones perſonales non acquiruntur nobis p procuratores; niſi ea nobis ab eis ceſſæ fuerint l. 1. C. per quas perſonas nob. acq. ea ratione .ſ. , quia perſonalia iura adhærent perſonæ, ſecund.

gloß. ibidem, quod tamen fallit in non nullis caſibus relatis a nobis ſupr. in tit. de inut. ſtip. in 2. Cap.

IN TITVLVM

QVIBVS MODIS TOLLITVR OBLIGATIO.

CVm obligationes omnes, quæ ex contractu, vel quaſi naſcuntur, de quibus hactenus dictum eſt; contrario diſtractu diſſoluantur; meritò ſubiungit Imp. tit. hunc, ad cuius interpretationem varij explorandi ſunt modi, quibus tria illa obligationum genera, naturalis .ſ. ciuilis, & mixta diſſoluuntur.

In primis autem oblig. naturalis ad antidora, h.s. ad remunerationem ſicut beneficio inducitur: ita ſoluitur iniuria arg a l. alimenta 6. ff. de lib. agn. oblig. vero nat. propriè tribus præcipuis modis tollitur. primo ſolutione eius, quod debetur §. 1. h. e ibi tollitur autem omnis oblig. ſolut. dummodo tamen ſolutio fiat debito loco, & tempore, determinataq; perſonę, ac in re debita, alias ſi debitor incongruo loco, vel extra tempus ſoluat, non liberatur l. qui Romę 122. ff. de verb. oblig. l. mora 32. ff de vſuris; ſicut ſi alteri; quam creditori, vel eius procuratori, aut ceſſionario ſoluerit inutiliter ſoluiſſe dicatur, l. ſi ego 25. ff. de neg ges. licet pro ignorante, & inuito etiam debitore quis rectè ſoluat; vt hic in text., ac demum ſi rē deterioratam, vel aliam, quam debitam ſoluat, niſi conſentiat creditor, non liberatur l. 2. § 2. & ibi Gloß. ff. de rebus cred. Secundo tollitur nat. Oblig. per contrariam obligat., vel pactum l. ſtichum 95. §. naturalis ff. de ſolut. Tertioq; per iuramentum voluntarium; ſi quis enim de-

deferente aduerſario iurauerit ſe non debere, tollitur nat. oblig. præd. §. naturalis, & remanet ſola ciuilis, ex qua ſi quis velit denuo agere, exceptione pacti, vel iuramenti repellitur § præterea, & §. æquè infr. de except.

Ciuilis vero tantum oblig. & ipſa tribus modis tollitur; nempe ſolutione d. §. 1. h. e. Item Acceptilatione §. 2. h. e. Eſt autem Acceptulatio Imaginaria ſolutio, vt ibid., vel planius liberatio quædam, per mutuam interrogat., qua vtriuſq; contingit ab eodem nexu abſolutio, l. 1 ff. de acceptilat. per quam acceptilat licet regulariter ea tantum obli. tollatur quę verbis fit, cum & ipſa accept. verbis fiat, d §. 2. h. e tolluntur tamen & aliæ re, litteris, & conſenſu initæ vbi primum in ſtipulationem aquilianã deductæ fuerint; vt late docet, & exemplificat tex. in d. §. 2. h. e. tertio tollitur ciuil. oblig per ſententiam abſolutoriam, remanente naturali, quæ per ſentent; tanquam per actum ciuilem tolli nequit §. idem infr. de except. l. Iulianus 60 ff. de cond. indeb.

Naturalis tandem, & ciuilis oblig ſimul iuncta decem præcipuis modis tollitur videlicet ſolutione d § i h e Item acceptilat d. §. 2. Tertio nouatione §. præterea h e. Eſt autem Nouatio prioris debiti in aliam oblig. ciuilem, vel naturalem transfuſio, atq; translatio l p. ff. de nouat. Fitq; vel de perſona ad perſonam; ; vt ſi quod mihi Titius debet. Caius mihi ſtipulanti promittat, ex hoc enim liberatur Titius d. §. præterea h. e. , Vel de re ad rem, vt ſi loco frumenti conuenit inter nos, vt præſtes vinum, tollitur namq; oblig. frumenti l. fundum 28. ff. eod. tit. vel de contractu ad contractum, vt ſi quod mihi ex mutuo debes ſtipulanti promittas, ceſſat enim oblig. mutui, vel ſi quod in diem, aut ſub cond. debes pure promittas, & e contra, vt ibidem, & l. in diem 5. ff. eod. tit., & in ſumma quoties per poſteriorem obligat. aliquid nouandi animo priori obligat. adiicitur vel mutatur, prior illa oblig tollitur; vt ibidem; dummodo id fiat per ſtipulat. alias ſi fiat per pactum, euadit conſtitutum, ſecund. dd.

in

in d.l.1. & dummodo in poſteriori oblig. appareat contrahentes nouare voluiſſe vt ibid in fin. & l. fin C eod. tit. Quarto tollitur oblig. per contrarium actum oppoſitum primo; vt ſi communi conſenſu contraximus, commu nt quoq; diſſenſu re integra liberamur, § fin. h. e. ſi re verbis, vel litteris, per reſtitut. rei, per contraria verba, vel litteras l. pro ut quisq; 80 ff. de ſolut., Alios quippe modos, quibus oblig. tollitur plenè recenſet Gloſſ. hic in §. fin: in verb. dictum, Et in his paucis, tertius huius voluminis liber, vna cum tractatu obligationum ex contractu, vel quaſi manantium concludatur.



Epitome

EPITOME LECTIONVM

OCTAVII LIVELLI

In Quartum Librum

INSTITVTIONVM.

IN TITVLVM

DE OBLIGATIONIBVS, QVAE EX DELICTO NASCVNTVR.

Super Rubrica.

PRioribus duobus fontibus, ex quibus obligationes profluunt ſuperiori libro exhauſtis, contractus ſ. & quaſi cõtractus, Exhauriendi ſunt modo poſteriores illi duo, delictum.ſ.& quaſi delictum, quorum cum duo ſint genera Alia priuata; & alia publica, cumq. duplex procedendi modus, duplesq; pœna, ciuilis, & Criminalis agit primum Imp. de priuatis delictis, & de modo, ac mulcta ciuili in his quinque tit. & ff. de priuatis delictis, cum ſeq., acturus poſtea de publicis, ac de modo, & pœna Criminali, in tit. infra de publicis iudiciis, & ff. de publicis Iudiciis, cum anexis. Dicun-

tur

tur autem priuata delicta, quæ priuatum commodum principaliter; publicum ſecundario lædunt, vt furtum, rapina, iniuria; Publica vero, quę publicum ſtatum principaliter, priuatum ſecundario offendunt, vt læſæ maieſtatis crimen, adulterium; homicidium, & huiusmodi, Pariterq; ciuilis procedendi modus, ciuiliſq; pœna dicitur, cum quis priuatum intereſſe, mulctamq; ciuilem proſequitur, criminalis vero, cum publicam vindictam, corporalemq; animaduerſionem expoſcit.

In Textum.

Quatuor vero cum præcipuę ſint priuatorum delictorum ſpecies, quatuor his tit. explicatæ, Furtum .s. Rapina, Damnum, & Iniuria. de primo quidem agitur hic, & ff. & C. de furtis, circa quod tria conſideranda ſunt Quid .ſ. ſit furtum, quo modoue committatur, Quotuplex, & remiſſiue Quæ actiones pro furto competant.

Et p. Furtum eſt contrectatio rei fraudulosa, lucrifaciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, poſſeſſioniſue, quod lege naturali prohibitum eſt admittere, dictum a furuo, a fraude, a ferendo, vel a græco φωρεσ, vt hic in §. 2. & l. pri. ff. eod, quam diffinitionē & æthimologiam inter alios cum theoricos, tum practicos, doctiſſime & latiſſ. explicat Ioannes Bonifacius, inſignis aſſeſſor in ſuo de furtis nuper ædito. Diciturq; Contrectatio, quaſi amotio corporalis, ideo nec ſolo animo, nec rei incorporalis, aut immobilis furtum fieri dicitur l i. l. verum 25 ff. eod. Additur fraudulosa quia ſine dolo, animoue furandi furtum fieri nequit l. meritò 51. ff. pro ſocio. Ideo impubes doli capax de furto tenetur § pen. h. e. Immò cum quis rem alienam inuito domino contrectando, doloſe legerat, furtum commitit § furtum il 2 h. e. Secus ſi volen

te domino, vel ſaltim credens eum volentem. §. placuit h. e. cum tamen credens dominum non volentem, ſi vere velit furtum non committat. §. ſed ſi credat h. e. Hinc eſt quod filius, & ſeruus rem patris, vel domini contra eorum voluntatem amouendo, furtum faciunt; licet furti act. non conueniantur §. 2. qui h. e. Accedit Lucrifaciendi gratia, vnde qui rem ſuam propriam credens etiam alienam ſurripit, præterquam ſi alteri oppignorata ſit, furti non tenetur §. aliquando h. e. ſicut nec furari dicitur, qui iniuriæ potius cauſa aliquid ſubtrahit l. qui iniuriæ 55 ff. eod ſubiungitur Vel ipſius vſus, poſſeſſionisue, quia depoſitarius, vel creditor vtentes re depoſita, aut pignorata, Vel commodatarius aliter vtens; quam ſibi conceſſum ſit; furtum committunt §. furtum il 2. h. e. ſicut & qui rem a poſſeſſore ſurripit, poſſeſſionis furtum facit §. furti h. e. Demumq; dicitur Quod lege naturali & c. quoniam & natura abhorret, & ius diuinum, quod naturale dicitur furtum ſummopere deteſtatur l. nam hoc natura. ff. de cond. ind. & legitur in decalogo non furtum facies.

Secundo cum furtorum duę ſint de iure ſpecies, nempe manifeſtum, vt cum fur in facto ipſo ita deprehenditur vt inficiari nequeat, & non manifeſtum, vt cum extra factum deprehenditur, hodie in praxi huiuſmodi diſtinctio minime obſeruatur, niſi quatenus grauius punitur furtum; ſicut & omnia delicta in flagranti deprehenſa, vt late dicam ſi meminero in tit. infr. de publ. iud: ſicut etiam in deſuetudinem abiere ſpecies illę furti Concepti, Oblati, Prohibiti, & non Exhibiti; vt admonet Imp. in §. conceptum h. e.

Demum ex furto quatuor competunt actiones domino rei ſubtractę, vel ei, cuius legitime intereſt rem non fuiſſe ſubtractam, veluti creditori pro pignore ſurrepto, item conductori Emptori, commodatario, vel depoſitario, in caſu tamen, quo ipſi ad interitum rei tenentur cum aliàs eorum non interſit, rem ſubtractam fuiſſe §. furti cum 3. ſeq.

ſeq. h.e. Quarum act. vna eſt actio furti manifeſti ad quadruplum, non manifeſti ad duplum æſtimationis rei ſubtractæ, non computata re ipſa, §. conceptum h. e. qua tamen actio hodie ab vſu receſſit ſimul cum iam dicta diſtinctione, Alia eſt condictio furtiua, quæ datur contra furem, & hæredem. Tertia rei vendicatio, quæ contra poſſeſſorem, ad rem ciuiliter recuperandam, etiam non refuſo prætio § fin. h. e. & de quibus dicam in tit. de act. Quarta demum eſt actio, ſiue accuſatio criminalis, per quam fures, auxiliatores, & conſiliarij corporaliter puniuntur l. capitalium 28. § famoſos ff de pœnis, & de qua dicam infr. de pub. iud.

IN TITVLVM

DE VI BONORVM RAPTORVM.

Secunda ſpecies priuatorum delictorum eſt rapina, de qua agitur hic & ff. & C. vi bon. rapt. & circa quam tria pariter obſeruanda ſunt, Quid ſ. Quotuplex ue ſit, & quæ ex ea actiones proficiſcantur.

Primo autem rapinæ eadem competit deffinitio furti, cum rapina in ſe furtum contineat, vnde raptores improbi fures dicuntur §. 1. h e., illo vno addito quod furtum dolo tantum, rapina etiam vi committatur, l. 1. ff. eod.

Et eſt rapina duplex, alia rerum alienarum, mobilium, & corporalium, cum res proprias nemo rapere dicatur licet attamen rapiens rem ſuam a manu poſſeſſoris, amiſſione rei puniatur. Et pariter Immobilium inuaſio incorporalium vſurpatio proprie dicatur §. 2. h. e. Alia perſonarũ quæ proprie raptus appellatur; & de qua, tanquam de publico crimine tractabimus infr. de pub. iud.

Tandem pro rapina, ſicut pro furto quatuor dantur actiones cum domino, tum ei, cuius legitime intereſt rem raptam

non fuiſſe, §. fin. h. e. Actio nempe ciuilis pœnalis, ad quadruplum intra annum, poſt annum, ad ſimplum computata re §. i. h e. quam tamen actionem hodie ab aula receſsiſſe monet poſt alios Bonifacius in predicto tract. §. i. item Condictio furtiua contra raptorem, & hæredem, &. Rei vendicatio contra poſſeſſorem rei raptæ, de quibus dicam in tit de act., ac demum accuſatio criminalis de vi publica, vel priuata, de qua pariter in tit de pub. iud.

IN TITVLVM

DE LEGE AQVILIA.

TErtia horum delictorum ſpecies eſt illa, quæ in cæde; damnoue iniuria, hoc eſt iniuſte illato ſeruis, pecudibus, vel rebus alienis conſiſtit, quod per legem Aquiliam ab Aquilio tribuno latam ciuiliter punitur, de qua agitur in hoc ipſo tit., & ff ad leg. aquil., & C. de leg. aquil. Dicitur autem iniuria illatum damnum, vel cedes, quòd ſine Iuſta cauſa infertur & per conſequens dolo, aut culpa fit §. iniuria h. e. Ideo ſicut iniuria caret qui latronem inſidiatorē ve, quem aliter cauere non poterat conſulto; vel alium quemcunq; mero caſu, nulla ſubſiſtente culpa interficit: ita culpę obnoxius eſt, qui rem etiam licitam, ita negligenter, & imperite peragit, vt alium lędat, vel interficiat, quemadmodum exemplificat tex. in iaculatore, putatore arborum; medico, & mulione d. §. iniuria, cum tribus ſeq. h. e in aquilia .n. leuiſſima quoq; culpa venit l in lege 44. ff. eod

Cæterum ex hoc delicto duę competunt actiones, una ciuilis, per quam ſeruum, vel pecudem alienam iniuria cædens, ad quanti plurimi anno precedenti valuit, ex p. capite legis aquil. condemnatur §. 1 .h. e aliter vero lædens

ſeruum

ſeruum, vel rem alienam, ad quanti plurimi triginta diebus antea valuit ex alio capite eiuſdem legis mulctatur §. capite tertio & §. fin h.e. & de quibus actionibus dicam in tit. de act. Alia vero eſt accuſatio criminalis, per quam homicidę lege Cornelia de Siccariis capitali pœna damnātur §. liberum h.e, & de qua dicam in tit. de pub. iud.

IN TITVLVM

DE INIVRIIS.

QVarta tandem priuatorum delictorum ſpecies eſt iniuria, de qua hic & ff. & C. eod. Iniuria autem generaliter dicitur omne id, quod non iure fit, ſpecialiter vero quandoq; capitur pro contumelia a contemnendo dicta vt in hoc tit., quādoq; pro culpa, vt in damno legis aquil. culpa illato, & aliquando pro iniquitate, & iniuſtitia a iudice commiſſa, §. 1 h.e l. 1. ff. eod.

Amplius iniuria tribus modis fit. Vel re, vt cum quis aliquem manu pulſat, fuſtibus cædit, aut vulnerat, Vel verbis, vt cum aliquem conuiciis afficit, Vel literis, vt cum carmen libellumue famoſum in alium ſcribit § 2. h. e. niſi verum ſcripſerit, excuſatur enim a pœna l. eum qui 18. ff. eod.

Præterea dupliciter quis iniuria afficitur, vel ex ſui perſona, vt cum pater, materue familias pulſatur infamaturue, Vel ex perſona eorum, qui poteſtati, & affectui ſubiecti ſunt, vt cum filius fam. vxorue, id patitur competit namq; actio, & vxori, & patri, & marito, ſecus eſt ſi maritus iniuria afficiatur nulla enim competit vxori actio §. patitur h.e. & ſecus eſt in ſeruo ex cuius perſona iniuria non afficitur dominus; niſi vel ſeruus atrociter læſus,

vel

vel ad contumeliam domini id factum ſit §. ſeruis h.e. quod etiam procedit in libero homine bona fide ſeruiente § ſed ſi libero h e.

Demum ex hoc delicto; ſicut ex ſuperiori binæ competunt actiones, vna ciuilis per quam iniuriam faciens, vel mādans, aut curans fieri pecuniariter multatur habita æſtimatione iniuriæ ſecundum qualitatem perſonę cui illata eſt §. pœna & §. non ſolum h.e. Et alia criminalis, per quam extraordinaria, & corporali pœna iudicis arbitrio, ex lege Cornelia de iniuriis punitur §. ſed lex cornelia h.e., ſi maximè atrox iniuria fuerit, quod ex qualitate facti loci, & perſonarum ęſtimatur, vt exemplificat tex. in §. atrox h.e. & vna harum actionum intētata, ceſſat altera; cum pro regula traditum ſit, duas actiones ex eodem delicto tunc ſolum intentari poſſe, cum vna intereſſe priuatum, alia publicam reſpicit vindictam; vt euenit in actionibus legis aquil., ſecus quando vtraq; ad vindictam datur vt contingit in his, quemmadmodum notat Myſ. hic. Immo vtraq; etiam tollitur actio ſi iniuriam paſſus eam diſſimulauerit, vel annum ellabi paſſus fuerit, ſuper eam tranſegerit, aut ipſe vel aduerſarius deceſſerint § fin. & ibi Myſing. h.e

IN TITVLVM

DE OBLIGATIONIBVS, QVAE EX QVASI DELICTO NASCVNTVR.

Super Rubrica.

POſt obligationes ex contractu, quaſi contractu, & maleficio prouenientes; recte ſubiungit eas, quæ ex quaſi delicto procedunt, ſic dictas, quia non dolo, aut lata culpæ quæ delictum concomnitantur, ſed leniori culpa, nępe

pe neglig. & imperitia, quæ delicto proxima ſunt, contrahi dicuntur, ut apparet in trib. exemplis allatis in hoc tit. cui concordant illi tres tit. quos infra allegabimus.

In Textum.

ERunt autem hic breuiter declaranda tria illa exempla obligationum, ex quaſi delicto manantium, Quorum p. eſt in Iudice, qui, per Imperitiam, & Imprudentiam iudicando, litem ſuam facere dicitur, eo quia omne damnum, & impenſam partium in ſe transfert, dum arbitrio iudicis ad ea condemnatur ut hic in §. i. & l. fin. ff de variis, & extraordin. cognit., Quod ſi dolo culpa uelata, amore, odio, vel pecunia id geſtum ſit; tanquam vere delictum grauius punitur; l. fin. iuncta gloſſ. C. de pœna iud. male iudicantis.

Secundum exemplum eſt in eo, qui, vel cuius familia aliquid de domo imprudenter deiecit, vel effudit, vnde aliquis læſus ſit, tenetur enim ad duplum damni, & ſi liber homo interfectus ſit ad pœnam quinquaginta aureorum, cum etiam ſuſpendens aliquid ſuper via, quod cadendo alicui nocere poſſit decem aureorum poena mulctetur §. 2. h. e. & l. 1. totoq; tit. ff. de his, qui deiecerint, vel effuderint.

Tertium quaſi delicti exemplum aſſertur in furto, damnoue commiſſo a ſeruis, miniſtriſue nauiculariorum, cauponum, & ſtabulariorum, pro quo ſicut ſerui, qui hæc comiſſerunt ex delicto: Ita domini, qui ſeruos huiuſmodi ex imperitia naui uel cauponæ præfecerunt, ex quaſi delicto ad duplum, illati damni obligãtur §. item exercitor h. e., quod procedit, ſiue res illatæ in naui, & caupona ſint, licet non conſignatæ, ſiue nondum illatæ ſed conſignatæ l. i. in fin. & l. 3. ff. nautæ caup. & ſtab. licet regularit pro furto,

dam-

vel ad contumeliam domini id factum ſit §. ſeruis h.e. quod etiam procedit in libero homine bona fide ſeruiente §.ſed ſi libero h e.

Demum ex hoc delicto; ſicut ex ſuperiori binæ competunt actiones, vna ciuilis per quam iniuriam faciens, vel mãdans, aut curans fieri pecuniariter mulctatur habita æſtimatione iniuriæ ſecundum qualitatem perſonę cui illata eſt §.pœna & §.non ſolum h.e. Et alia criminalis, per quam extraordinaria, & corporali pœna iudicis arbitrio, ex lege Cornelia de iniuriis punitur §.ſed lex cornelia h. e., ſi maximè atrox iniuria fuerit, quod ex qualitate facti loci, & perſonarum ęſtimatur, vt exemplificat tex. in §.atrox h.e. & vna harum actionum intẽtata, ceſſat altera; cum pro regula traditum ſit, duas actiones ex eodem delicto tunc ſolum intentari poſſe, cum vna intereſſe priuatum, alia publicam reſpicit vindictam; vt euenit in actionibus legis aquil., ſecus quando vtraq; ad vindictam datur vt contingit in his, quemmadmodum notat Myſ. hic. Immo vtraq; etiam tollitur actio ſi iniuriam paſſus eam diſſimulauerit, vel annum ellabi paſſus fuerit, ſuper eam tranſegerit, aut ipſe vel aduerſarius deceſſerint § in fin. & ibi Myſing. h.e

IN TITVLVM

DE OBLIGATIONIBVS, QVAE EX QVASI DELICTO NASCVNTVR.

Super Rubrica.

POſt obligationes ex contractu, quaſi contractu, & maleficio prouenientes; recte ſubiungit eas, quæ ex quaſi delicto procedunt, ſic dictas, quia non dolo, aut lata culpa quæ delictum concomitantur; ſed leuiori culpa, vẽ

pe

pe neglig. & imperitia, quo delicto proxima ſunt, contrahi dicantur, ut apparet in trib. exemplis allatis in hoc tit. cui concordant illi tres tit. quos infra allegabimus.

In Textum.

ERunt autem hic breuiter declaranda tria illa exempla obligationum, ex quaſi delicto manantium. Quorum p. eſt in Iudice, qui, per Imperitiam & Imprudentiam iudicando, litem ſuam facere dicitur, eo quia omne damnum, & impenſam partium in ſe transfert, dum arbitrio iudicis ad ea condemnatur ut hic in §. i.& l. fin. ff de variis, & extraordin. cognit. Quod ſi dolo culpa uelata, amore, odio, vel pecunia id geſtum ſit; tanquam vere delictum grauius punitur; l. fin. iuncta gloſſ. C. de pœna iud. male iudicantis.

Secundum exemplum eſt in eo, qui, vel cuius familia aliquid de domo imprudenter deiecit, vel effudit, vnde aliquis læſus ſit, tenetur enim ad duplum damni, & ſi liber homo interfectus ſit ad pœnam quinquaginta aureorum, cum etiam ſuſpendens aliquid ſuper via, quod cadendo alicui nocere poſſit decem aureorum poena mulctetur §. 2. h. e. & l. 1. totoq; tit. ff. de his, qui deiecerint, vel effuderint.

Tertium quaſi delicti exemplum affertur in furto, damnoue commiſſo a ſeruis, miniſtriſue nauiculariorum, cauponum, & ſtabulariorum, pro quo ſicut ſerui, qui hæc comiſerunt ex delicto: Ita domini, qui ſeruos huiusmodi ex imperitia naui uel cauponæ præfecerunt, ex quaſi delicto ad duplum, illati damni obligatur §. item exercitor h. e., quod procedit, ſiue res illatæ in naui, & caupona ſint, licet non conſignatæ, ſiue nondum illatæ ſed conſignatæ l. i. in fin. & l. 3. ff. nautæ caup. & ſtab. licet regularit pro furto, dam-

damnoue extra nauim cauponamue illato, non teneatur dominus, l.fin. ff. eod. ſicut etiam ex facto filijfam. ſeorſum a patre habitantis, non obligetur pater §. ſi filius fam. h. e. & ex hiſſe oblig. datur actio in factum actori & hæredi; non autem contra hæredem §. fin. h. e.

INTITVLVM

DE ACTIONIBVS.

Super Rubrica.

Ximiam, & admirabilem huius tit. utilitatem verbis ſanè extollere, ac celebrare fas eſſet; niſi quod ſolem facibus illuſtrare non decet c. ſi omnia 6. q. 1. vnde illud vnum dixiſſe ſufficiet, quod alids dixit Alex. in tit. de re iud. titulum hunc eſſe auro, & honore plenum, ideo, quod eſt conſilium Iuriſconſ. in l ligaui 26. ff. de liberat. leg. plenius, & accuratius attingendus eſt; negligentia namque nouerca eſt eruditionis c. nihil 83. diſt. Quod tamen non ita peragendum eſt, vt quę ſingula hic a dd. congeruntur nos adamuſſim explicemus, accideret .n, vt hic ait Iaſon, quod nec calamus, nec papyrus ad hoc ſufficeret, verum ſuperfluis reſecatis; talem in huius tit. ordinẽ, Methodumq; ſeruabimus, vt cum primum ſuper hac rubr. tria breuiter cognouerimus connexionem .s. tit. ſenſum verb., & Originem actionum, ad textualium cognit. maturius accedamus.

Quo ad primum non ommiſſis penitus, quæ circa rubricarum continuat verboſe iactant interpretes, breuiter concludamus. Quod cum legis ad legem non ſit ne

ceſſaria

ceſſaria continuat.tituli tamen ad tit. ſaltim ad bene eſ-ſe neceſſ. ſit, vt communiter opinantur dd. in l. 2. per illum tex.ff de ſtat.hom. Quod cum ita ſit, continuatur hic tit. ad præced. quia cum ius omne ad perſonas, res, vel actiones ſpectet,§ fin.ſup de iure,n. g.,& c.,cumq; de perſonis in p. huius volum.libro,de rebus vero in 2. dictum ſit,ſequitur dicendum de actionibus,quæ cum ex obligat.procedant l.licet 42 §.ea oblig.ff.de procur. ope re præcium fuit nonnullos præmittere tit. de oblig. vt conſultius accederetur ad hunc tit.de act. cuius materia late tractatur etiã in tit.ff.&C de actionibus & obligat.

Rubricatur autem hic tit. de Actionibus, quod nomen actio licet peræquiuocum ſit,&plura ſignificet, vt notat Gloſſ. hic; reſtringitur tamen eius ſignificatum ad vſum forenſem,quas enim græci δίκας vocant,latini actiones,cauſas,ſiue iudicia appellant.

Poſtremò circa originem actionum variæ extant dd. ſententiæ, inter quas ea mihi magis probatur, quod actiones omnes a iure ciuili introductę ſint,vt aperte docet Iuriſc. in l.2.verſ.deinde ex his ff de orig.iuris, vbi etiam refert Apium Claudium primum quidem actionum formas in vnum volumen redigiſſe, quod Gneus flauius eius ſcriba ſurripuit,populoq; tradidit, munus adeo gratum,vt tribunus,ſenator,& edilis fieret.

In Textum.

PArtitur Gloſſ.tit. hunc latiſſimum in tres partes, prout in prima,quę eſt in primis verbis tangit Imp continuationem tit., in ſecunda nempe in §.1.verſ.actio, tradit deffinitionem actionis,in tert.quæ eſt in §. 2. vſq; ad calcem tit. plures affert diuiſiones actionum.

Ommiſſa autem prima parte, nempe continuatione tit. iam

Ee explicata

explicata a nobis in rubrica, aggredimur ſecundam, in qua Imp deffinit Actionem eſſe ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur, quam diffinit. mutuatus eſt, a Iure conſ in l nihil 50 ff de act. & oblig. Dicitur autem Ius quod ſtat loco generis ad oſtendendum actionem eſſe quid incorporale, in iure conſiſtens, §. 1. ſup. de reb. corp. & incorp. Additurq; pſequendi, quod non ſolum ordinarias, petitiones comprehendit l pecuniæ, 178 ff. de verb. ſigni. Vnde dubitatum fuit apud dd. nunquid etiam hac diffin. comprehenderetur officium iudicis, quod ipſe imperti tur vbi æquum viſum fuerit; id enim, ut demus de officio iudicis nobile, locum actionis obtinente, non erit dicendum de officio mercenario, actioni propoſitæ deſeruiente, de quo adeſt tit infr. de officio iudicis, ſequitur in deff. verbum in Iudicio vnde colligitur actionis formam eſſe vt exerceatur in iudicio, non propria authoritate, alioquin actor ammittit creditum, iuxta tex. in l. extat 13. ff. quod met. cauſ. & l. ſi quis in tantam 7. C. vnde vi, Exceptis tamen non nullis caſibus, in quibus licitum eſt ſine iudice rem, ac iniuriam propriam vendicare, quos refert poſt gloſſ. hic ſingulariter Afflictus de pace iur. firm. in vſibus feud. & eſt tit C. quando liceat ſine iud. ſe vend. Immo additur iam dictum verbum in Iud. vt liqueat actiones; ſicut iudicium dari in inuitos, & recuſantes, adeo vt paratus ſoluere non poſſit in iudicium vocari l. ex iudicatum 16. ff. iudicatum ſolui. Poſtremò apponuntur verba, Quod ſibi debetur, quæ oſtendunt actionis materiam eſſe debitum ſubſiſtens, ſiue ſit ciuile tantũ; ſiue naturale, & ciuile, cum pro debito naturali, tanquam impropie debito nulla competat actio; vt ſup. docuimus in tit. de oblig in 2. cap.: ſicut pro debito criminali, ex delicto proprie competit accuſatio, de qua infr. dicam in tit. de publ. iud.

Tertia tandem pars huius tit., quæ eſt in §. omnium vſq; ad calcem ipſius, ſex precipuas continet ſecund. gloſſ ibidem diuiſ. actionum, in quarum examinatione ordinem

ſanè

ſanè illum obſeruabimus, vt propoſita primum vnaquaq; diuiſione, ſingulisq; ipſius membris explicatis, particularium actionum naturam inueſtigemus, quærentes primũ Qualis ſit vnaquęq; actio, & ad quid competat 2. Quæ nam ſint ipſius requiſita ſubſtantia 3. Cui competat. 4. Contra quem, & 5. Qualis ſit ipſius vſus, & forma libelli in forenſi practica,

DE PRIMA DIVISIONE

ACTIONVM, QVA ALIAE SVNT PERSONALES, ALIAE REALES, ALIAE in rem ſcriſpeæ, & Aliæ Mixtæ.

Prima in ordine, & grneralior actionum diuiſio eſt illa, quam affert Imp. in §. omnium h.e & Iuriſc. in l. actionum genera 24. ff. eod. dum inquiunt Omnium actionum, quibus apud iudices, vel arbitros diſceptatur duo eſse genera. Perſonales .ſ. & Reales, addamus ex. dd. ſententia Perſonales in rem ſcriptas, & Mixtas: adeo vt quatuor ſint huius diuiſionis membra, per ſe ſingula explicanda.

De actionibus Perſonalibus,

Et primo actiones perſonales, quæ proprie actiones ſiue condictiones appellantur a condico quod eſt denuncio, ſunt illæ, quibus agimus contra eos, qui ex contractu, vel quaſi, maleficio, vel quaſi nobis obli- Unde dicte condictiones

 gati

Perſonales actiones cur dicantur

gati ſunt ad aliquid dandum, vel faciendum §. omnium & §. ſic itaq; h.e. & d. l. actionum ff. eod., Quęue ideo perſonales dicuntur, quoniam ita adherent, vt inqnit gloſſ. perſonæ, & oſſibus contrahentium; vt ad alios non tranſeant; niſi per ceſſionem, vel ſucceſſionem, l. ex contracti-bus 48 ff eod. Veluti ſunt ex contractu actio mutui, cõmodati, depoſiti, pignoris, ex ſtipulatu, empti, venditi, locati, conducti, pro ſocio, mandati. Ex quaſi contractu actio negot. geſt. tutelæ, indebiti, familię hęrciſc., communi diuid. Ex delicto condictio furtiua, act. vi bonorum rapt., legis aquil. iniuriarum, Ex quaſi delicto act in factum contra iudicem male iud. contra eiicientem, & effundentem, contra nautam, cauponem & ſtabularium. Quarum omnium actionum natura, ſeparatim exploranda eſt, primumq; agendum de prima in ordine, nempe.

De actione Mutui, ſiue certi condictione.

Actio mutui quid ſit

EST autem actio mutui, de qua mentio fit in § ſequens h. c. tanquam ex contractu proficiſcens perſonalis, competens pro rebus mutuo datis, quæ cum in certo genere, quantitate, & qualitate reſtituendæ ſint, vt ſup. diximus in tit. quibus mod. re cõtrh. oblig in cap. de mutuo, appellatur quoq; actio hæc certi condictio, pro vt appellantur omnes actiones, manantes ex omni contractu, in quo certum deductum eſt l. certi condictio 9. ff. de rebus cred. ſi cert. petatur.

Certi condictio

Requiritur in hac act; ſicut in aliis omnibus perſon. verum & legitimum interceſſiſſe contractum, contractum inquã mutui, cum iis omnibus requiſitis, quæ ſupra retulimus loc. cit.

Daturq;

Daturq; mutuanti vel hæredi, etiam ſi mutuans inſanus, pupillus, vel filiusfam. ſit. l. ſi a furioſo 12. ff. eod. Contra mutuo accipientem, vel hæredem ipſius, dummodo ille inſanus, pupillus, vel filiusfam. non ſit. l i. & tot. tit. ff. ad ſenatuſc. maced.

Vſus tandem forenſis huius act. aliarumq; huius generis eſt, vt actor citato prius reo in iudicio, & expoſita facti ſpecie, ſimul cum cauſa debiti, nempe mutuum, inſtet per Iudicē pronunciari aduerſarium ſuum debitorem rei petitę, ad eamq; præſtandam, ſimul cum expenſis legitimis iuris remedijs compelli, daturq; reo condemnato ſpacium quatuor menſium ad iudicatum ſoluendum, & quandoq; breuius arbitrio iudicis l. 1. ff de re iud. l. 2. C. de vſuris rei iud., quo termino ellapſo ſententia executioni mandatur, & hæc de actione mutui, quam loco exempli ſufficit hic declaraſſe, declaraturi alias ſup. enumeratas in ſequentibus diuiſionibus.

De actionibus realibus.

SEcundo actiones reales, quæ propriè petitiones, ſiue rei vendicationes dicuntur ſunt illæ, per quas res noſtras ab aliis poſſeſſas, vel detentas petimus, licet poſſeſſores, vel detentores nullo nobis cõtractu ſint obligati, d. §. omniũ, & §. ſic itaq; h. e. & d l actionũ, & ideo in his act. Iudex ſemper declarat rem deberi; ſicut in perſonalibus reum debere d. § ſic itaq; in fin. h. e. Quarum actionum duæ ſunt ſpecies, alia earum quæ competunt pro rebus corporalibus; vt rei vendicatio, Publiciana, reciſſoria, ſeruiana, vel quaſi, & alia pro rebus ĩcorporalibus; vt confeſſoria, negatoria, & preiudicialis, de quibus ordine agendum eſt & primo.

DE

De Rei vendicatione.

REiuendicatio eſt actio realis, per quam vt dixi res noſtras corporales, ab aliis poſſeſſas, vel detentas petimus, licet poſſeſſores, vel detentores nullo alio iure ſint nobis obligati; niſi quia poſſident, d. §. omnium, & § ſic itaq;, h.e. & l. 1. & l in rem actio 24. ff. de reiuendicat, & ideo ſicut in hac actione.

Requiritur a parte actoris dominium, vtile, vel directum rei petitæ, prædicta l. in rem actio: ita a parte rei conuenti requiritur poſſeſſio, detentio, vel doloſa alienatio eiuſdem rei l. officium 9. ff. eod. l vn. C. de de. alienat. Iud. mut. cauſ. facta.

Ideoq; datur actio hęc domino vtili, vel directo, d. l. in rem, Contra Poſſeſſorem ciuilem, vel naturalem, & contra detentorem, vel dolo, culpaue deſinentem poſſidere d. l. officium, & l. quod ſi dolo 23. ff. eod. quo caſu reus tenetur ſaltem ad æſtimationem iuxta tex. in l. qui reſtituere, 68. ff. eod.

Forenſis tandem vſus huius act. eſt; vt actor citatum reū interroget an poſſideat, detineatue rem petitam, nec ne l. qui petitorio 37 ff. eod., & ſi fateatur poſſidere, vel negans conuīcatur, tunc expoſita facti ſerie, ſimul cum cauſa petitionis, ſ. dominio, & titulo tanſatiuo dominij. nēpe donationis, emptionis, & huiuſmodi, inſtet per iudicē declarari, dictam rem ſuam eſſe, ſibiq; deberi, proindeq; reum ad eam cedendam, & reſtituendam, ſimul cum fructibus, & impenſis, oportunis iuris remedijs vrgeri, & ſi fuerit ita pronunciatum ſententia illico executioni mādatur officio iud., cui ſi reus parere noluerit, poteſt actor manu militari rem ſibi aſſumere præd. l. qui reſtituere ff eod Et hęc ſatis de rei vendicatione de alijs autem tribus act. realibus; quæ pro corporalibus competunt, oportunius tractabimus infr. in ſecunda diuis. Quare

tranſeo

tranſeo ad eas act. reales quæ pro incorporalibus dantur & primum ago.

De actione confeſſoria.

Eſt autem confeſſoria actio realis, competens domino vtili, vel directo, pro tuenda ſeruitute, vel iure ſibi, fundoue ſuo debita, contra talem ſeruitutem, & ius negantem, vel impedientem, dicta confeſſoria, quia actor confitetur, & aſſerit ſeruitutem, vel ius ſibi deberi § ęque ſi agat h. e. & datur actio hęc tam pro ſeruitutibus realibus, vrbanorum, ruſticorumue prædiorum, de quibus dictum eſt ſup. in tit. de ſeruitutibus: quam pro perſonalibus, nempe vſufructu, vſu, & habitatione, de quibus pariter ſuis tit. ſuperius actum eſt, vt hic & l. 1. & 2. ff. ſi ſeruitus vendicetur.

Requiritur in hac act. a parte actoris dominium, ſiue ius in re, cuius vſumfructum, vſum, vel habitat. petit, vel cui ſeruitutem aliquam realem deberi intendit; a parte vero aduerſarij, quod ipſe neget, impediat, turbetue huiuſmodi ſeruit. vel iura l. 4. § . ſi quis ff eod., quæ omnia tenetur actor probare, propter iuris regulam, quod actori in omnibus iudicijs incumbit probatio l. qui accuſare 4. C. de edend.

Daturq; confeſſoria vſufructuario, ſiue proprietario, contra negantem, vel impedient. vt dixi vſumfr. vel ſeruit. realem l. ſi quis 9. ff eod., & quod magis eſt datur etiam domino decimarum, contra impedientem colligi decimas, vt notant canoniſtæ in c. prohibemus extr. de decimis.

Forenſis demum practica huius act. eſt, quod actor præmiſſa citatione, & narratione, inſtet per iud. pronunciari talem ſeruit. vel ius ſibi deberi, nec de cætero ſibi a reo denegandam, vel impediendam fore, pro quo etiam dictus reus cauere, & ſatisdare cogatur, cum præſtat. intereſſis, & expenſarum.

DE

De actione negatoria.

ESt & ipſa negatoria actio realis, competens alicui pro tuenda libertate rei, ſiue iuris proprij, contra eum, qui iniuſtam ſeruitutem, uel grauamen inferre contendit, dicta ab effectu negandi talem ſeruit. deberi præd. §. æquè, h. e. & l. 2. ff. eod. ſi ſeruit. vend. ideoq;

A parte actoris requiritur qualecunq; dominium, vel ius in re, a parte vero rei conuenti, quod ipſe pluries attentauerit ſeruitutem, vel grauamen inducere vt hic, & l ſi cum meus 14. ff. eod.

Daturq; vt dixi domino, ſiue habenti ius in re Contra attentantem inferre ſeruit, vel grauamen d. l. 2. ff. eod.

Et practicatur vt præmiſſis præmittendis, inſtet actor rem declarari liberam ab illato grauamine, reumq; compelli ad cauendum de non amplius inferendo, cum refuſione intereſſis, & expenſarum.

De actione præiudiciali.

TErtia tandem actionum realium, quę pro incorporalibus competunt eſt & ipſa pręiudicialis, Competens, ad inſtar confeſſoriæ, & negatoriæ pro tuendo iure, quod quis habet in ſeruo, liberto, vel filio; aut e contra pro tuenda libertate, ingenuitate, vel filiatione, propria, ad finem conſequendi legitimas operas, ſucceſſiones, & alimenta §. præiudiciales h.e. & l.i totoq; tit. ff. de liberis agnoſc. & C. de liberali cauſa; dictaq; præiudicialis, ob præiudicium, quod infert dominio, vel libertati alterius; ſed quia ſeruorum, & libertinorum vſus iam antiquatus eſt, de ea tantum agam, quæ pro filiatione datur.

Cuius

Cuius requiſitum eſt; vt actor ſit verus pater, vel filius, ſiue legitimus, ſiue etiã naturalis, cum hodie filij quoq; naturales ad alimenta, & ſucceſſiones admittãtur, auth. licet C. de natur. lib.

Daturq; parentibus vtriusq; ſexus, aduerſus liberos, vel liberis, aduerſus parentes, fratribus, & ſororibus aduerſus fratres, & ſorores, alijsq; omnibus cognatis, quibus de iure alimenta, vel ſucceſiones debentur, vt ſupr̃ docuimus in tit. de hæredit. quę ab int. def.

Poſtremò inſtat actor in libello, aliquem pronunciari filiũ patrem, vel cognatum, & per conſequens ſibi deberi legitimas ſucceſiones, & alimenta.

De actionibus perſonalibus in rem ſcriptis.

TErtium membrum ſuper allatæ diuiſionis, & per conſequens tertium genus actionum eſt illarũ, quæ perſonales in rem ſcriptæ dicuntur; perſonales inquam, quoniam ex contractu, vel quaſi, delicto, vel quaſi proficiſcuntur; in rem vero ſcriptæ; quia contra quemcunq; poſſeſſorem dantur, quarum exemplum eſt in actione pauliana, ſiue reuocatoria, de qua agitur in § item ſi quis h. e.

De actione Pauliana, ſiue reuocatoria.

PAuliana, ſiue Paulina actio, ſic dicta a Paulo Prætore eius autore, eſt perſonalis, in rem ſcripta, per quam creditor reuocat a quocunq; poſſeſſo-

re.res tam mobiles; quam immobiles, per debitorem ſuũ in ipſius fraudem alienatas†, vnde reuocatoria quoque nuncupata eſt de qua agitur tum hic in § ſi quis in fraudem; tum ff. quę in fraudem creditorum facta ſunt, & C. de reuocandis his, quæ in fraud.

Requiritur autem a parte actoris, quod ipſe ſit vere, & liquide creditor, vt quia præceſſerit ſententia cum creditorem declarans, vt hic, & l. pen. C. eod.; amplius vt prius excutiat bona debitoris, an ſufficiant ſolutioni l. i. C. eod. A parte uero rei conuenti, quod in eum trãslata ſint per fraudem bona debitoris, antea tacite, vel expreſſe obligata, & hypothecata creditori, ut hic, & l. ait prætor 10. § 2. ff. eod.

Competit actio hæc vero, & liquido creditori ex quocunq; contractu, vel quaſi, delicto, uel quaſi, aduerſus quemcunq; poſſeſſorem, detentorem, vel dolo deſinentem poſſidere res fraudulenter alienatas, iuribus allegatis.

Libelliq; forma eſt, vt expoſita facti ſerie cum expreſſa mentione fraudis, per debitorem in alienat. rei commiſſæ, inſtet actor declarari talem rem ad ſe ſpectare, proindeq; aſtringi poſſeſſorem ad eam cedendam, cum fructibus†, & impenſis.

De actionibus Mixtis.

QVartum tandem; & ultimum genus actionum, & per conſequens vltimum membrum huius primę diuiſionis eſt earũ, quæ mixtæ appellantur, quia mixtam naturam tam realium; quam perſonalium habent; veluti eſt actio Familię herciſcundę, Communi diuidundo, & Finiũ regundorum, de quibus agitur in §. quædam h. e. quæue in eo differunt a perſonalibus in rem ſcriptis, de quibus mox dictum eſt, quod illæ ſunt reales ex accidenti; hæ vero ex ſui natura; vt vid. velle Myſing. in d. §. quędã; ſed agamus de ſingulis, & primò

De

De actione Familiæ herciſcundæ.

EST autem act. familiæ herciſc., h.s. hæreditatis diuidundę mixta, quia quatenus oritur ex quaſi contractu, ob quem coheredes inuicem obligati ſunt ad hæred. diuidendam, dicitur perſonalis; quatenus vero datur etiam eisdem cohęredibus ad petendam partem ſuam dicitur realis, vt hic. & tot. tit. ff., & C. fam. hærcis. & veniunt in hac act. diuidenda omnia bona hæreditaria, ſiue mobilia, ſiue immobilia; non autem incorporalia, quæ regulariter vni tantum adiudicantur l. cæteræ 4. ff. eod. l. caterę 4. ff. eod. Diuiditurq; hęreditas, uel electione, vel ſorte, pro ut magis fert conſuetudo loci, vt admonent canoniſtæ in c.i. de parochiis, & legiſtæ tum hic tum in §. ſi familiæ infr. de off. iud.

Spectatur in hac act, quod actor, & reus ſint vere cohęredes ex teſtam. vel inteſtato, l. 2. ff. eod. & quod non fuerit facta per teſtatorem diuiſio; quoniam ei ſtandum eſt l. quoties 10. C. eod.

Competitq; cohæredi contra cohæredem, ſiue extranei ſint, ſiue etiam fratres, vel ſorores, cum hi tamen in diuiſione hęreditatis ab inteſtato bona profectitia prius contulerint, ſecus in diuiſione hæreditatis ex teſt. & ſecus in bonis aduentitiis, caſtrenſibusq; vel quaſi, in quibus non cadit collatio l. filiam 7. & l. fi. totoq; tit. C. & ff. de collationibus.

Petit tandem actor in libello declarari hæreditatem æqualiter diuidendam, ſibiq; debitam portionem aſſignandam fore.

De actione communi diuidundo.

SEcunda eſt actio communi diuidundo , quæ & ipſa mixta eſt,oritur enim ex tontractu, vel quaſi ſocietatis,vel communionis,ex quo obligantur ſocij,& conſortes ad rem communem mobilem vel immobilem diuidendam,& datur iiſdem ad petendam partem ſuam,vt dicitur hic & l.2.& 4.ff. communi diuidundo.

Ad hoc autem vt actio hęc competat , requiritur rem eſſe communem,vel ex contractu ſocietatis,quo caſu competit etiam actio pro ſocio,vel ex quaſi contractu communionis rei pro indiuiſo duobus donatę , legatæ vel aliter relictæ d.l.2.ff eod. omniaq; , requiſita ſuperioris actionis,in hac etiam locum ſibi vendicant l. ſi quis 6. in fin ff.eod exceptis non nullis quę ibidem refert gloſſ.

Daturq; ſocio,vel conſorti,contra ſocium, & conſortem,ſiue hęredes,vt hic,& predicta l 2.

Tandem petit actor rem communem officio iudicis æqualiter,vel inequaliter, prout fert natura contractus diuidi, ſibiq; debitam aſſignari portionem

De actione Finium regundorum.

TErtia demum actio mixta eſt illa finium regundorum,hoc eſt ponendorum , competens ex quaſi contractu eorum,qui vicina habent prædia , ad nouos terminos conſtituendos,veteresue tuendos; vt hic in d.§.quędam, & l.1.totoq; tit.ff. & C.finium regundorum

dorum,& etiam ad damna illata,& ad fructus l. 4.ff. eod. cum immo ammouens terminos agrorum,pœna quin quaginta aureorum mulctetur , & effodiens illos, etiam relegetur l. 2.& 3.ff.de termino moto . maledictus enim omnis,inquit Deus, Deuteron.c.27. qui transfert terminos proximi ſui,& Plat 8.de leg.debet quis potius moue re,ſi poſſet magnum montem ; quam paruum lapidem termini , Vnde ob id colebant romani Deum terminum ſub dio teste Liuio l.1 & de hoc extat pulcherrima lex ſolonis in l.fin.ff eod. tit.

Requiritur quod actor,& reus habeant vicina,& coherentia predia ruſtica, nam pro vrbanis , exceptis hortis , non competit actio hæc; niſi vtiliter,h.s.Improprie, & indirecte,l.4 ff eod.

Spectat actio hęc domino vtili,vel directo agri , de cuius finibus agitur contra dominum pariter coherentis agri d l.4.§.finium ff.eod.

Inſtat demum actor ; vt cognita per iudicem ex antiquis monumentis veritate terminorum,per idoneos agrimenſores,veros ſtatuat terminos, ſibi debitam latitudinem conſtituens,& adiudicans,quemadmodum & in ſuperio ribus act. dictum eſt,quæ omnes actiones , & quæ iudicia , dicuntur eſſe duplicia , eo quia vtraq; pars duplex ius habet,dum poteſt eſſe& actor, &reus l.iudicium 10 ff.eod.&ex his explicata eſt prima, & genera lior actionum diuiſio.

De

DE SECVNDA DIVI-SIONE ACTIONVM, QVA ALIAE SVNT CIVILES, ET ALIAE PRAETORIAE.

Secunda actionum diuiſio, reſpiciens originem, & cauſam efficientem ipſarum, eſt, quod aliæ ſunt Ciuiles, & aliæ Prætoriæ §. ſed iſtæ h. e. & l. actionum genera 24. in fin. ff. eod. Ciuiles ſunt, quæ & ordinariæ appellantur a iure Ciuili iuuentæ, & ſpacio 30, vel 40. annorum durantes; vt ſunt omnes tam reales, quam perſonales, excepta pauliana, ſuperius enumeratę, & quæ enumerari poſſunt, exceptis prætoriis, quæ extraordinariæ, dicuntur quæue a iure prætorio inuentæ ſunt, vt per annum durent §. 1 infr. de perp. & temp. act. , Quarum uc aliæ ſunt reales, vt Publiciana, Reciſſoria, Seruiana, vel quaſi, alię perſonales, vt actio de Conſtituta, de Peculio, & de iureiurando, de quibus ordine agitur in §. namq; ſi cui, cum §§ ſeq. h e. & primo.

De actione Publiciana.

Est autem publiciana actio, ſic dicta a Publicio Prætore, realis prætoria, competens quaſi domino, pro recuperanda re quaſi ſua, §. namq; h. e. & l. i. & tot tit. ff. de publiciana in rem act. Dicitur verò quaſi dominus ille, qui rem a non domino acquiſiuit, eamq; nondum vſucepit, & veniunt in hac act. ea omnia, quæ ſupr. diximus venire in rei uend. quæ competit

vero

vero domino.

Daturq; quaſi domino, vel hęredi, contra quemcunq; poſſidentem, detinentem, vel dolo deſinentem poſſidere rem, quam actor aliàs acquiſierat, & poſſederat quaſi ſuam; præterquam ſi reus ſit verus dominus l. fin. ff. eod. & ſi tamen detur etiam actio hac quaſi domino, contra verum dominum, in ſex caſibus, relatis a gloſſ. Aldobrandina hic circa fin.

Forma tandem libelli in hac act. multiplex eſt, vt refert ead. gloſſ., cum tamen ea maxime vſu recipiatur, qua actor propoſita facti ſerie ſimul cum tit. acquiſitionis, inſtet per iudicem declarari, talem rem iure dominii, vel quaſi ſuam eſſe, & ad ſe ſpectare; proindeq; reum ad eā cedendam, ſimul cum fructibus, & impenſis vrgeri, & ſi enim libellus alternatiuus regulariter non admittatur l. prætor edixit 7. §. quod autem ff. de iniuriis; ſuſtinetur tamen in hoc caſu propter dubium, quod probabiliter habet actor, an rem acquiſierit a domino, vel non domino, propterea meritò emendatur tex hic, vt non vſucepiſſe, ſed quaſi vſucepiſſe legi debeat.

De actione Reſciſſoria.

S*Ecunda actio prętoria realis eſt illa, quæ reſciſſoria appellatur, ab effectu, quoniam per eam actor, cui dum reipublicæ cauſa abeſſet ab alio vſucapta ſunt bona, petit intra annum, vt reſciſſa vſucapione, ac ſi non eſſet ſequuta, bona ſibi reſtituantur; vt hic in §. rurſus, & l. ab hoſtibus 18 C de poſtlim reuerſis.*

Deſideratur in hac act. a parte actoris legitimum impedimentum abſentiæ ſuæ, vel aduerſarij; Ita tamen; vt ſi actor alleget abſentiam aduerſarij, quæcunq; abſentia ſufficiat; dummodo ita abfuerit; vt non potuerit conueniri per ſe, vel per alium; ſi vero alleget abſentiam propriam,

priam, debet eſſe legitima, & rationabilis; vt quia affuerit reipublicæ cauſa, morboue, aut vinculis detentus, ſtudiisq; deditus vt hic, & l. i. ff. ex quibus cauſ. maiores a parte vero rei, quod ipſe rem vſuceperit, eo modo, & tempore, quod ſup. docuimus, in tit. de vſucap.

Competit actio hęc preſenti, contra abſentem, vel abſenti, contra preſentem, ſiue abſenti, contra abſentem d. l. 1. & fin ff. eod.

Tandem poſt debitam narrat, facti, vnà cum cauſa abſent. & dominio in re, inſtat actor; vt reſciſſa per iudicem vſucapione, ac ſi non eſſet ſequuta, inſimul declaretur, eã rem ad ſe ſpectare, ſibiq; reſtituendam fore, cum fructibus pendentibus, quoniam reus, tanquam bonefidei poſſeſſor iam lucratus eſt fructus perceptos l bonefidei 48. ff. de acq. rerum dom. Valde enim allucinatur gloſſ hic; vt opinor, & eius aſſecke, dum credidit reſcindendam prius fore vſucapionem officio Iudicis. mox reſciſſoriam intentandam, huic enim ſent. nec ſuffragantur leges, aut rationes adductæ, ſed refragatur immo, quod reſciſſa prius off. iud. vſucap. poſſet actor intentare ciuilem rei vend, quę durat per 30. annos, nec opus haberet hac act prætoria, quæ durat per annum.

De actione ſeruiana.

Tertia realis actio prætoria eſt ſeruiana; ſic dicta a ſeruio prẹt competens pro rebus a conductore inuectis in domo, vel fundo conducto tacite, ex diſpoſitione legis obligatis, & hypothecatis locatori, pro penſione, & deteriora ione domus, vel fundi conducti; vt hic in §. item ſeruiana, & l. 2. 3 & 4 ff. & C. in quibus cauſis pignus, vel hypoth tac contrah. quod intelligitur non ſolum de omnibus rebus ipſiusmet conductoris, exceptis his, quæ non veniunt in expreſſa obligat.

omnium

omnium bonorum; vt veſtes, cibaria, & pecunia quotidiana, l.obligatione 6; cum ſeq. ff. de pignor; ſed etiam de rebus alienis, in caſibus tamen, quibus res alienæ pignori obligari poſſunt, quos Bart. in l. 1. ff de pigno. & C. ſi res alien. pign. dat. ſint.

Requiritur in hac act. veram, & legit. interceſſiſſe locat. ſecund ea, quæ diximus ſup. de locat., & amplius quod res ſint inuectæ in domo, vel fundo conducto; Cum diſtinct. tamen, quod inuecta ab inquilino in domo, prædioue vrbano etiam ignorante locat. cenſentur tacite oppignorata; inuecta vero a colono in prædio ruſtico, non niſi ſciente locat. l. certi iuris 5. C. eod. vbi gloſ. reddit etiã rationem differentię.

Datur actio hęc locatori, emphitheutę, & hæredibus l. viã veritatis x. C. de locato. Contra conductorem, ſubconductorem, vel emphiteuticarium, & hæredem poſſidentem res inuectas, contraue quemcunq; poſſeſſorem dictarum rerum, dummodo tamen hoc caſu locator res inuectas inuentario deſcripſerit, antequam de domo abſtraherentur a tertio poſſeſſore, & diſcuſſis etiam antea bonis ipſiuſmet conductoris auth. hoc ſi debitor C. de pign.

Vſus tandem huius act. eſt, vt actor inſtet declarari res a conductore inuectas, tanquam ſibi tacite, ex diſpoſitione legis obligatas, & hypothecat. ad ſe ſpectare, proindeq; ſibi cedendas, & relaxandas fore.

De actione quaſi ſeruiana, ſiue Hypothecaria.

Qvarta demum actio realis eſt illa, quam Hypothecariam, ſiue quaſi ſeruianam dicunt, competens pro quacunque re tacite, vel expreſſe oppignorata, vel hypothecata, ex

quacunq; cauſa; vt hic in d. §. item ſeruiana, & ff. & C. de pign. & late diximus in tit. ſup. quib. mod. re contrab. oblig. cap. fin.

Requiritur autem a parte actoris rem ſibi oppignoratam, vel hypothecatam fuiſse ex quocumq; contractu l. res hypotheca 5. ff. de pign. a parte vero rei conuenti, eum poſſidere, detinere, doloue deſijſſe poſſidere dictam rem l. ſi fundus, 16. ff. eod. Ideoque.

Datur hæc actio cuicumq; creditori habenti res oppignoratas, & hypothec. ex quaquunque cauſa, vt hic. & l. 2. C. de pręt. pign. ita tamen vt ſi plures ſint creditores, prior in tempore præferatur poſteriori, iuxta l. 2. & tot. tit. C. qui potiores in pign. hab. Daturq; contra principalem debitorem, & contra quemquunq; poſſeſſ. detentorem, vel dolo deſinentem poſſidere dictas res l. pignoris 17. ff. de pign. excuſsis tamen prius bonis debitoris auth. hoc ſi debitor C. de pign. in quo differt hæc act. a pignoratitia de qua infra dicam, quia illa tamquam perſonalis competit ſolum contra debitorem.

Inſtat actor demum in libello declarari talem rem, ex tali contractu ſibi tacite, vel expreſſe oppignoratam, aut hypothecatam pro tanta ſumma, ac propterea ſibi cedendã & relexandam, & hæc de actionibus pretorijs realibus, ſequitur de prætorijs perſonalibus primumq;.

De actione de Conſtituta pecunia.

PRima vero ex tribus actionibus prętorijs perſonalibus eſt, ea de conſtituta pecunia, quæ oritur ex contractu conſtituti, inuento a iure prętorio, ad exemplum ſtipulationis, & datur contra eum, qui nudo pacto conſtituit ſe ſoluturum id, quod vel ipſe, vel

alius

alius ex quacunque cauſa antea debebat §. *in perſonam cum ſeq. h. e. & l. 1. totoq; tit ff. & C. de conſt. pecunia; appellatione enim pecuniæ res cuiuſcumq; generis, quæ obligari poſſunt continentur l. 2 in fin. C. eod.*

Illud autem præſertim requiritur, verum interceſſiſſe conſtitutum, ſuper præcedenti debito, ſiue naturali tantum, ſiue naturali, & ciuili, nam ſuper ciuili tantum non cadit conſtitutum, cum illud equitate naturali careat, qua nititur conſtitutum l. 3 ff. eod.

Daturque actio hec creditori, cui conſtituit quis ſe ſoluturum, contra ipſum met conſtituentem, herediq; contra hæredem d l. 2. C. eod. & etiam contra mulierem, pro ſe tantum; non etiam pro alio conſtituentem d. l. 1. §. 2. ff. eod. & tot. tit. ff. & C. ad Senatuſc. velleianum.

Praxis demum huius act. eſt; vt actor premiſſis premitt. Inſtet Conſtituentem declarari obligatum, & per conſequens compelli ad ſoluendam id, quod ſe ſoluturum conſtituit, duratq; hec act. preter naturam ordinariam actionum prætoriarum ſpacio 30. annorum d. l. 2. C. eod.

De Actione de peculio.

A*Lia quoque prætoria perſonalis actio eſt ea de peculio competens ex contractu filijfam. vel ſerui aduerſus patrem, vel dominum, peculiotenus; hoc eſt quatenus peculium filij, vel ſerui poſſident* §. *actiones autem h. e. quod tamen procedit in peculio tantum aduentitio, vel profectitio; vt concludunt dd. per tex. in l. 1. C. de bonis matern. & l. cũ non ſolum 8. §. 1. C de bonis, quæ liberis; nãq; pro peculio caſtrenſi uel quaſi datur actio contra ipſum met filiumfam. penes quem reſſident pecula illa, & in quibus filiusfam. loco patrisfam. eſt l. 2. ff. ad ſenatusc. maced. & late dix. ſup. in tit. per quas perſ. nob. acq.*

Requiſita huius act. ſunt p. quod interceſſerit contractus, uel

quaſi legitimus, & non improbatus, ex omni enim contractu vel quaſi filijſfam. obligatur pater de peculio; excepto voto, & mutuo, ex quibus non obligatur nec etiam filiusfam. ipſe §. illud infr. quod cum eo. & tot. tit. ff. & C. ad ſenatusc. maced. ſicut nec obligatur pater, de peculio ex delicto, uel quaſi filijſfam. niſi ad pœnam pecuniariam, & tunc etiam cum diſtinctionibus, de quibus infr. dicam in tit. de noxali act. Amplius requiritur quod filiusf. viuat, uel quod anno præcedenti deceſſerit, tranſacto enim anno a morte, vel emancipatione filij non competit amplius hæc actio contra patrem; niſi lis conteſtata fuerit intra annum l. 1. C. quando actio de pecul. annalis eſt.

Competit hæc actio cuicumq; contrahenti cum filiof., vel ſeruo, Contra patrem, uel dominum; etiam ſi eo inuito filius, vel ſer. contraxerint l. ſi quis 30. ff. de pecul. ſi enim eo iubente competit actio, quod iuſſu, de qua infra dicam in ſeq tit.

Demum inſtat actor, declarari, patrem, vel dominum obligatum ad id qui ex contractu filijf vel ſerui ſibi debetur peculiotenus hoc eſt quatenus in peculio eſt, vnde crediderunt dd. poſt gloſſ. hic, hanc non eſſe propriam ſpeciem actionis, ſed quandam potius addiectionem, & qualitatem aliarum actionum, quæ ex propriis contractibus filijf. dantur contra patrem, cum hac addiectione peculiotenus.

De actione de Iureiurando.

TErtium tandem exemplum actionum prætoriarum perſonalium eſt in actione in factum, quæ ex iuramento procedit, per quam iurans in iudicio ſibi aliquid deberi, petit id, ſuper quo iuratum eſt §. item ſi quis h. e. l. nam poſtea 9. ff. de iureiur. & l. actori 8. C. eod & dicitur in factum, quia in ea non quæritur an res debeatur, nec ne; ſed an illud factum ſit, hoc eſt an iura-

iuratum ſit l. non erit 5. §. dato ff. eod. & competit hæc actio ſolum pro iuramento iudiciali, quod à parte parti defertur in Iudicio, ſic approbante iudice, in defectum probationum, & ad litis deciſionem, vt hic, in tex. non autem pro iuramento neceſſario, quod à iudice defertur parti, in ſupplementum probat l. admonendi ff. eod. nec etiã pro iuram. conuentionali, ſiue uoluntario, quod ex conſenſu contrahentium, extra iudicium defertur, ad confirmationem actuum, uel contractuum priuatorum, l. iuriſiurandum 17. ff. eod.

Requiritur in hac act quod actor deferente reo in iudicio iurauerit ſibi deberi, uel cum paratus eſſet iurare reus ei iuramentum remiſerit, aut etiam cum ſibi delatum iuram. reo retuliſſet, reus ipſe iurare negauerit; in his enim caſibus perinde eſt, ac ſi actor iuraſſet d. l. nã poſtea 9 §. 2 l. manifeſte 30. ff. eod; niſi in certis caſibus, quibus licitum eſt recuſare Iuram quos Bart. in d. l. manifeſte.

Datur iuranti per ſe uel per procurat filium, uel ſeruum, & etiam ſocio pro iuramento ſocij l. qui iuraſſe 26. l. ſi ſeruus 23. ff. eod. Contra deferentem iuramentum per ſe uel per alium, etiam ſotium, & hæredibus, contra hæredes; vt hic & l. nam poſtea 9. & l. quidam 22. ff. eod.

Inſtat actor demum, reum ex tali iuramento damnatum (habet enim iurament. hoc uim maiorem ſententiæ l. 2. & l. ſed & ſi 25. ff. eod.) ad ſolutionem eius, ſuper quo iuratum eſt compelli, cum enim iuramentum habeat executionem paratam, non opus eſt vt reus condemnetur, vt in aliis act. ſed ſolum, ut compellatur ad ſoluendum l. poſt rem 56. ff. de re iud.

DE

DE TERTIA DIVISIO-
NE ACTIONVM, QVA ALIAE
ſunt rei perſecutoriæ, aliæ pœnales, & aliæ mixtæ.

*T*Ertia actionum diuiſio, finem ipſarum reſpiciens eſt quod aliæ ſunt rei perſecutoriæ, aliæ pœnales, & aliæ mixtæ, de quibus agitur in §. ſequens illa diuiſio, cum ſeq. h e. & primo rei perſecutoriæ dicuntur illæ, quibus perſequimur id, quod noſtrum eſt, vel quod nobis debetur; vt ſunt omnes actiones reales, & perſonales, tam ciuiles, quam prætoriæ ſuperius relatæ, & quæ hic recenſentur in §. ſequens. nempe actio Mutui, commodati, depoſiti, pignoris, & huiuſmodi, de quibus ordine agendum eſt, & quia de act. mutui iam dictum eſt in prima diuiſione, ſequitur.

De actione Commodati.

*E*St autem commodati actio perſonalis, ciuilis, & rei perſecutoria, oriens ex cõtractu commodati, de quo dictum eſt ſupr. in tit. quibus mod. re cont. obl. cap. 3. Et eſt duplex, alia directa, quę datur cõmodanti, pro recuperanda re commodata ſi extat, vel eius æſtimatione, uel deterio ratione l. 3. §. ſi reddita ff. commodati, alia contraria, quæ datur commodatario, pro Impenſis magnis in cuſtodienda, non in alenda re commodata, & pro damno, qui paſſus eſt ob uitium rei l. in rebus 18. §. poſſunt ff. eod.

Requiritur interceſſiſſe contractum commodati verum, & legis, ad certum vſum, determinatumq; tempus, & ſine

vſura

vſura. §. item is ſup. quib. mod. re cont. obl. & l. in commodato 17. ff. eod.

Daturq; directa commodanti etiam ſi fur vel predo ſit, contra commodatarium, etiam ſi pupillus, dummodo locupletior factus ſit l. ita ut 16. & d. l. in commodato ff. eod. Contraria vero commodatario, contra commodantem, hęredibusq; & in hęredes.

Inſtat actor in libello reum declarari debitorem ad ea, quę ſup. diximus, & ad impenſas.

De actione Depoſiti.

Est & ipſa depoſiti actio perſon., ciuil., & rei perſecut., pręterquam in quatuor caſibus, quibus euadit mixta, nempe cum quis deponit aliquid occaſione incendij, ruinę, naufragij, vel tumultus, & depoſitarius dolo inficiatur depoſitum, condemnatur .n. non ſolum ad rem depoſitam; ſed ad tantundẽ etiam pro pœna l. 1. §. 2. ff. depoſiti, Et eſt ipſa quoque duplex, alia directa competens deponenti ad rei, æſtimationem, vel deteriorat. alia contraria, competens depoſitario, ad omne damnum, & impenſam citra eius culpam d. l. 1. ff. eod. & §. præterea ſup. quib. mod. re contr. obl. vbi de hoc ipſo contr. dictum eſt. Depositum ex ne ceſſitate

Deſideratur in hac act. depoſitum verum, & legitimum, ac ſine vlla mercede d. l. 1. § ſi veſtimenta ff. eod.

Daturq; directa deponenti, etiam ſi fur, prædo, vel filiusfam. contra depoſitarium, etiam pupillum locupletiorem factum d. l. 1. ff. eod. Contraria vero depoſitario, hærediq; & in hæredem l. ci apud quem 5. ff. eod.

Tandem petit actor in libello reum condemnari, ad ea quę diximus cum impenſis &c.

De actione Pignoratitia.

C*Onſimilis iam dictis eſt actio pignorat. oriens ex contractu pignoris, de quo diximus ſup quibus mod. re cont. obl. cap. vlt. & eſt alia directa competens debitori ad recuperandum pignus, vel aeſtimationem, aut deteriorationem vel etiam pignore per creditorem vendito ad petendam reſſiduum l. ſi cũ venderet 13. & l. eleganter 24. §. ſi vendiderit ff. de pignoratitia act. Alia contraria competens ad impenſas neceſſarias, pro quibus poteſt etiam retineri pignus l. ſi neceſſarias 8. ff. eod. & ad omne damnum, quod ex vitio rei paſſus eſt creditor d. l. ſi cum venderet, cum duabus ſeq. ff eod.*

Directa

Contraria

Et requiritur interceſſiſſe contractum pignoris, in quo res mobilis obligata, & tradita ſit, iamq; debitum fuiſſe ſolutum, vel aliter ſatisfactum l. ſi rem 9. ff. eod.

Daturque directa debitori contra creditorem, Contraria creditori contra debitorem, hæredique contra hęredem praall. Iur.

Inſtat actor reum condemnari ad ea, quæ diximus, cum impenſis, &c.

De Actionibus Pœnalibus.

S*Ecundum membrum huius tertiæ diuiſionis eſt actionum pœnalium, per quas actor pro eo, quod paſſus eſt damni, ex maleficio, vel quaſi, aut dolo ipſius rei; Inſtat eum, mulctari pœna pecuniaria a lege ſtatuta ſibi applicanda; vt labe exemplificat Imp. in §. pœnales, & §. ex maleficijs h. e. & differunt act. pœn. ab actionibus, ſiue accuſationibus criminalibus, quia in eis inſtat accuſator reum condemnari pœna corporali, vel etiam pecuniaria, ſed fiſco applicanda; vt late tractabimus*

Differentia inter actiones pœnales & accusationes

mus in tit infr. de publ. iud. Pœnalium autem act. tam ciuilium; quam prætoriarum quatuor hic affert exempla nempe in act. Albi corrupti, Ne quis in ius parentes vocet, Ne quis in ius vocat. vi eximat, & in act. furti, quas omnes, tanquam ab hodierno vſu paſſim remotas, quam breuiſs. explicabimus.

De actione Albi corrupti.

EST autem actio hæc prætoria, pœnalis, in factum competens contra eum, qui aliquid ammouit, vel deleuit ex albo, & loco publico, vbi leges affiguntur; vt quinquaginta aureorum pœna mulctetur, actori applicanda, vt hic, & l. ſi quis id 7. ff. de iuriſd. omn. iudic.

Requiritur quod hoc data opera, & doloſe, non caſu acciderit præd. l ſi quis.

Daturq; hæc actio tanquam popularis cuicunque de populo; præterquam fœminis, aut pupillis; niſi eorum interſit. Contra quoſcunq; per ſe vel per alios corrumpentes præd. l. ſi quis.

Libellus tandem formatur; vt actor inſtet corrumpentem, tanquam lapſum in adictum de albo corrupto, pœna illius, ſibi applicanda mulctari.

De actione Ne quis in ius parentes, vel patronos vocet.

SEcunda actio prætoria pœnalis in factum eſt ea quæ datur contra liberos, vel libertos, qui parentes, vel patronos in iudicium vocarunt, non impetrata prius venia a magiſtratu; vt ob id quinquaginta aureo-

rum pœna mulctetur actori addicienda, vt hic in §. pœnales & l.4. pen. & fin. ff. de in ius voc.

Deſideratur vt reus parentem, vel patronum vtriuſque ſexus in iudicium ciuile, vel criminale citauerit, non impetrata venia, exceptis caſibus, quibus hoc de iure permiſſum eſt l. quamuis xi. ff eod.

Datur omnibus in ius vocatis, qui non poterant, Contra vocantes l.2 ff. eod.

Demumq; petit actor reum, tanquam in edictum lapſum, ad illius pœnam ſibi applicandam damnari.

De actione Ne quis eum, qui in ius vocatus eſt vi eximat.

TErtia prætotia pœnalis actio eſt ea, quæ datur contra eximentem aliquem reum in iudicio citatum; vt ob id eximens puniatur in quantum iurauerit actor, ſine reus ſua intereſſe, vt hic & tot. tit. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. eſt vi eximat, & ff. de eo per quem fact. erit.

Requiritur quod quis vi vel dolo exemptus aut impeditus ſit vt non potuerit in iud. comparere l. 1. & 3. ff eod. quod extenditur etiam contra eum, qui de manibus familiæ, vel de carceribus eximit aliquem, pro ciuili cauſa detentum l. quoties C. de exactionibus lib. x.; ſi enim pro cauſa criminali tanquam læſæ maieſtatis reus capite punitur l.4. ff. ad l. iul. maieſt.

Datur actio hæc actori cuius intereſt reum fuiſſe exemptum, vel etiam reo ipſo ſi eius interſit. contra eximentem, vel occultantem d. l. 1. & l. 3. ff. eod.

Proſequitur demum actor hunc act. inſtando reum tanquã lapſum

lapſum in edictum ad id quod intereſt condemnari; licet hodie huiuſmodi actiones pœnales obſoleuerint cum, & corrumpens album, & in ius vocatum eximens, criminaliter puniantur, filijq; paſſim in ius parentes vocent ſine venia, vt admonent communiter dd. hic.

De actione Furti.

QVarta tandem actio pœnalis eſt ea, quæ datur contra furem, vel auxiliatorem, ad pœnam quadrupli pro furto ſcilicet manifeſto, & dupli pro non manifeſto §. ex maleficijs h.e. quod autem ſit furtum manif. & non manif. late docuimus ſup. de oblig. quę ex delicto.

Requiritur vero quod furtum ſit commiſſum, non ſimpliciter attentantum, vt ibidem diximus, cum alias ſolus etiam delinquendi affectus plerunq; puniatur l. is qui cum telo 7. C. ad l. corn. de ſiccarijs. & l. quisquis. C. ad l. Jul. Ma[iestatis]

Competit domino rei ſurto ſubtractę, vel ei, cuius legitime intereſt rem non fuiſſe ſubtractam §. furti, & ibi diximus ſup. iam d. tit. Contra furem, licet impuberem, doli capacem, auxiliatoremue, in omnibus caſibus, quibus diximus furtum committi.

Tandem inſtat actor poſt narrationem facti temporis, & perſonæ, reum ad legitimam furti pœnam condemnari, quæ tamen hodie non eſt amplius pecuniaria, ſed corporalis, vt admonent dd. hic per text. in §. ſi quis in tit. de pace tenenda, & per conſequēs ſublatus eſt vſus huius actionis.

De actionibus mixtis, tā rei perſecutoris; quam pœnalibus.

TErtium tandem membrum huius tertię diuiſionis eſt actionum mixtarum, quibus actor non ſolum rem ſuam, ſed pœnam etiam propter maleficium, vel dolum aduerſarij proſequitur; veluti ſunt actiones ui bonorum raptorum, legis aquilię, & actio ex teſtamento contra inficiantem legatum pijs locis relictum, de quibus agitur in pręd. § ex maleficijs verſ. ui autem b. e.

De actione vi bonorum raptorum.

Tempus huius actionis

ESt autem hæc prętoria perſonalis mixta, per quam actor conſequitur a raptore poſt annum ſimplum; intra vero annum quadruplum rei ruptæ, computata re ipſa, quam actor per hanc eandem actionem proſequitur; vt hic in dicto verſ. vi autem.

Requiritur in hac act. quod res aliena mobilis, per vim ablatiuam rapta ſit; nam pro vi expulſiua de re immobili cōpetit interdictum vnde vi §. recuperandæ infr. de interdictis, ſicut & pro alijs violentijs competit actio de eo quod vi, de qua infra vel accuſatio criminalis de vi publica, vel priuata de quibus dicam in tit. de publ. iud.

Daturq; domino rei raptæ, vel hæredi, aut ei, cuius legitime intereſt rem raptam non fuiſse, Contra raptorem,

etiam

etiam impuberem, doli capacem l. 2. ff. de vi bon. rap., & ſup. docuimus in tit. de vi bon. rap.

Tandem inſtat actor vi raptorem condemnari in ſimplum, vel quadruplum, vt diximus, licet hodie actio hęc ab vſu receſſerit, cum vi raptores corporaliter puniantur vt infr. dicam in tit. de pub iud.

De actione legis aquiliæ.

Mixta pariter ſed ciuilis perſonalis eſt actio legis aquiliæ competens pro cęde, damnoue, iniuria, hoc eſt iniuſte illato ſeruis, pecudibus, rebusue alienis, vt cædens puniatur ad quanti plurimi anno præcedenti valuit, lędens vero ad quanti plurimi triginta diebus antea, & ſi reus factum inficietur ad duplum etiam pro pœna, vt hic in verſ. ſed & legis.

Requiritur vt cædes, vel damnum iniuria, hoc eſt iniuſtæ facta ſint, vt in caſibus relatis ſupr. in tit. de leg. aquilia, alias ſi contumelioſe fiat competit actio iniuriarum, l. ſed & ſi s ff. eod.

Et competit domino rei, vel hęredibus, contra cædentem, vulnerantem, vel aliter lędentem, licet impuberem, doli capacem d. l. ſed & ſi s. ff eod.

Demumq; petit actor reum ad æſtimationem quanti plurimi, vel etiam ad duplum ſi factũ inficietur condemnari.

De actione ex teſtamento contra inficiantem legatum.

Tertia

TErtia tandem actio civilis perſonalis mixta eſt ea, quæ competit ex teſtamento contra hæredem inficiantem, vel procraſtinantem ſoluere legatum, pio loco relictum ; vt ob id in duplum rei legata computata re ipſa condemnetur; vt hic in verſ item mixta, et in §. ſed furti h. e. ; cum alias actio ex teſtam. in alijs caſibus ſit perſonalis rei perſecutoria.

Deſideratur quod reus neget, vel diferat ſoluere legatū pijs locis, dolo, & ſine iuſta cauſa; ſecund gloſſ. ibid.

Datur pio loco, Contra hæredem dolo negantem, vel differentem, iuribus allegatis.

Petitq; actor reum condemnari ad duplum rei legatę, ad illudq; vrgeri.

De Quarta diuiſione actionum, QVA ALIAE SVNT IN SIMPLVM, ALIAE IN DVPLVM, ALIAE IN triplum, & aliæ in quadruplum.

QVarta actionum diuiſio, finem & ipſa reſpiciens eſt, quod actiones alię dantur in ſimplū, alię in duplum, aliæ in triplum, & aliæ in quadruplum, ultra quod nulla datur actio, de quibus actionibus agitur in §. omnes autē, vſque ad §. actionum, & primum de actionibus in ſimplum, ſic dictis; quia per eas actor rem ſuam, vel ſibi debitam ſimpliciter proſequitur, vt ſunt omnes actiones rei perſecutoriæ, tam reales; quam perſonales, quarum plura ſuperius allata ſunt exempla, pręter quæ alia quatuor afferuntur hic in d § omnes, nempe in act ex Stipulatu, Empti, & Venditi, Locati, & Conducti, & Mandati.

De actione ex Stipulatu.

IN primiſq; ex ſtipulatione duæ oriuntur actiones certi, ſcilicet condictio, ſi certum aliquid in ſtipulat. deductum ſit; & actio ex ſtipulatu; ſi incertum, vel factū aliquod, vt late docuimus ſup in tit. de verb. oblig. in prima diuiſ & eſt vtraq; harum act perſonalis ciuilis, rei perſecutoria, & in ſimplum; niſi quando datur ad intereſſe particulare propter moram debitoris, vel ad pœnam conuentionalem in ſtipulat appoſitam l. ſi inſulam 84. cum ſeq. ff. de verb oblig.

Duæ actiones oriuntur ex stipulatione

Requiritur interceſſiſſe ſtipulat. cum omnibus requiſitis, de quibus diximus ſup. iam d tit.

Et datur ſtipulanti, vel hæredi, Contra promittentem, vel hæredem §. fin. iam d. tit.

Petitq; actor reum declarari obligatum, ad dandum, vel faciendum id, quod in ſtipulat. deductum eſt, ad illudq compelli cum expenſis.

De actionibus empti, & venditi.

EX contractu emptionis & venditionis duæ proficiſcuntur, actiones empti ſcilicet, & vendi i, ambæ perſonales, ciuiles, rei perſequutoriæ, & in ſimplum, quarum prima datur emptori ad petendam rem, ſiue vacuam ſaltem poſſeſſionem ipſius, vna cum fructibus pendentibus, vel ad petendum intereſſe, ſi res non extet, vel deterior facta ſit; Alia vero datur venditori, ad petendum prçcium, & etiam vſuras; ſi emptor fuerit in mora, & ad omnia pacta ſeruanda, quæ ex natura contractus in emptione appoſita fuerunt l. 1. & 2.

Quid petatur in hac actione

l. ex

l. ex empto xi. l. Iulianus 14. ff. de actio. empti, & vendit

Deſideratur, quod interceſſerit contractus empt. & vendit. cum ijs requiſitis, quæ ſupra retuli in tit. de empt. & vend. & illud amplius vt competat actio empti quod emptor iam ſoluerit, vel ſaltem obtulerit, aut depoſuerit præcium, alias venditor rem poteſt retinere pro pignore d. l. Iulianus; vt vero competat actio venditi, quod venditor iam tradiderit, obtulerit, vel depoſuerit rem.

Requisita ex parte emptoris

Competit actio empti ipſi emptori, etiam ſi per alium, & ex aliena pecunia emerit, Contra venditorem d. l. Iulianus 14 ff eod actio vero venditi compe.it venditori, contra emptorem, hæredibusq;, contra hæredes.

Practicantur tandem hæ act. inſtando per iudicem declarari aduerſarium obligatum ad ea, quę diximus, cum impenſis.

De actionibus locati, & conducti.

SVnt & ipſæ locati, & cond actiones, perſonales ciuiles, rei perſecutoriæ, & in ſimplum, quarum altera datur locatori, pro penſione, vel deterioratione rei locatæ, pro qua omnia inuecta a conductore intelliguntur tacite locatori hypothecata, vt diximus ſup. de ſeruiana; altera vero datur conductori, ad petendum liberum, & commodum vſum rei conductæ, nec non impenſas vtiles, & neceſſarias, omneq; damnum, & intereſſe quod ex rei vitio, & locatoris dolo paſſus eſt, ac demum ad omnia ea, quę ex natura contractus, & conſuetudine loci, & ex conuentione partium præſtanda veniunt. l. item quęritur 14. l. ex conducto 16. l. ſed addes 21. ff. locati, & conducti.

Requiritur quod uerâ, & legitima interceſſerit locatio, ſecundum ea, quæ diximus ſupr. in tit. de locat. & cond.

Daturq; locati act. locatori, ſiue emphiteutæ, contra conductorem, uel emphyteuticarium, conducti, uero conductori, contra locatorem, hæredibusq; contra hæredes, ſiue etiam ſucceſſoribus ſingularibus, contra ſucceſſores, licet illi non teneantur ſtare locationi, & conductioni; ſicut tenentur ſucceſſores vniuerſales § fin. ſup. de locat. l. uiam veritatis 10. C. eod.

Quibus competit locadolor

Demum forenſis vſus eſt, quod actor inſtet reum declarari obligatum ad iam dicta, ad illudq; compelli &c.

De actione mandati.

Q Vartum exemplum actionum perſonalium, ciuilium, rei perſecutoriarum in ſimplum, eſt in actione mandati, quæ ex contractu, mandati prouenit, quęue duplex eſt, alia directa, competens mandanti, ad omne damnum, & intereſſe, quod ex dolo, culpaue mandatarii paſſus eſt; alia contraria, competens mandatario ad impenſas vtiles, & neceſſarias, nec non & ad omue intereſſe & damnum quod paſſus eſt l. ſi procuratorem 8. & l. ſi quis 27. ff. eod. mandati, vel contra.

Requiſita ſunt, quod interceſſerit mandatum gratuitum, & rei honeſtæ; vt ſupr. diximus in tit. de mandato.

Datur directa mandanti contra mandatarium, ſiue procuratorem, Contraria uero mandatario, Contra mandantem, hęredibusq; contra hæredes d. l. ſi procuratorem, & l. ſi vero 12 ff. eod.

Poſtremo inſtat actor declarari, aduerſarium obligatum ad illud, quod diximus.

De actionibus in duplum.

SEcundum membrum huius quartæ diuis. eſt earum actionum, quæ in duplum conceptę ſunt, quarum quinq; affert Imp. exempla in § in duplum h. e. nempe in act. furti non manifeſti, in act. legis aquiliæ, in act. depoſiti in quatuor caſibus, in act. ex teſtam pro legato piis locis relicto, & in act. ſerui corrupti, de quarum quatuor quoniam ſuperius dictum eſt ſeq. agendum de quinta.

De actione ſerui corrupti.

EST autem act. hæc perſonalis, prętoria, pœnalis in duplum competens pro ſerui animo male affecto, vt afficiens puniatur in duplum tum eius, quod valebat ſeruus; tum eius, quod damni intulit, vt hic & l. in hoc iudicium x. ff. de ſeruo corrupto.

Requiritur hoc dolo malo factum fuiſſe, alias non competit hæc actio l. 1. & 3. ff. eod.

Daturq; domino, vel hęredibus, contra corrumpentem, non autem contra hæredes Immò datur etiam vtilis actio hęc ex ſent. dd contra deprauantes famulos, filios, vel vxores noſtras.

Nota

Inſtat actor corrumpentem condemnaui ad duplum eius quod diximus, &c.

De actionibus in triplum.

TErtium membrum huius diuis. eſt illarum actionum, quæ dantur in triplum, quarumue vnicum affert Imp. exemplum in §. tripli, & §. ſi quis agens cum quinq; ſeq. h.e nempe in actione ex lege condictitia contra eum, qui perfidia tentus plus petit in iudicio; quam ſibi debeatur, quiue cum olim caderet a cauſa; hodie vero ſi plus petit tempore, condemnatur in expenſis, & duplicantur reo Induciæ, ſi vero plus petit re, loco, & cauſa condemnatur in triplum damni, & expenſarum, quę fecit reus d. §. ſi quis agens, cum tribus ſeq. h.e. vbi etiam declaratur exemplis, quando quis dicatur plus petere tempore, re, loco, & cauſa. Ex aduerſo qui iuſto errore minus petit.; quam ſibi debeatur poteſt nihilominus reſiduum petere vel in alio, vel in eodem libello, ipſum emendando, mutando, uel cumulando; vt pulchre docet poſt Iazonem Miſing. in §. ſi minus h.e. Quod etiam ſtatutum eſt, in eo, qui pariter iuſto errore, aliud pro alio, vel ex alia cauſa; quam ſibi debebatur petierit §. ſi quis aliud h.e. Licet ad effugiendam pœnam plus petitionis cōſulant dd. addendam eſſe clauſulam illam ſaluo iure ſuperflui; ſicut ad tollendum errorem minus, vel alterius petitionis addi ſolet alia clauſula. ſaluo Iure addendi, & ſaluo iure mutandi, quæ tamen clauſulę breuitatis gratia ſolent his duobus tantum verbis ex primi. Saluo iure; &c.

Cæterum quę requirantur in hac act. quæ contra plus petent. datur cuiue, & contra quem competat ſatis patet ex iam dictis.

Forma vero libelli eſt, vt petatur actorem, qui plus in iuditio petiit ad triplum damni, & expenſarum condemnari, & vrgeri.

De actione Pignoratitia.

Conſimilis iam dictis eſt actio pignorat. oriens ex contractu pignoris, de quo diximus ſup. quibus mod. re cont. obl. cap. vlt. & eſt alia directa competens debitori ad recuperandum pignus, vel æſtimationem, aut deteriorationem vel etiam pignore per creditorem vendito ad petendam reſſiduum l. ſi cũ venderet 13. & l. eleganter 24. §. ſi vendiderit ff. de pignoratitia act. Alia contraria competens ad impenſas neceſſarias, pro quibus poteſt etiam retineri pignus l. ſi neceßarias 8. ff. eod. & ad omne damnum, quod ex vitio rei paſſus eſt creditor d. l. ſi cum venderet, cum duabus ſeq. ff eod.

Et requiritur interceſſiſſe contractum pignoris, in quo res mobilis obligata, & tradita ſit, iamq; debitum fuiſſe ſolutum, vel aliter ſatisfactum l. ſi rem 9. ff. eod.

Daturque directa debitori contra creditorem, Contraria creditori contra debitorem, hæredique contra hæredem præall. Iur.

Inſtat actor reum condemnari ad ea, quæ diximus, cum impenſis, &c.

De Actionibus Pœnalibus.

Secundum membrum huius tertiæ diuiſionis eſt actionum pœnalium, per quas actor pro eo, quod paſſus eſt damni, ex maleficio, vel quaſi, aut dolo ipſius rei; Inſtat eum, mulctari pœna pecuniaria a lege ſtatuta ſibi applicanda; vt labe exemplificat Imp. in §. pœnales, & §. ex maleficijs h. e. & differunt act. pœn. ab actionibus, ſiue accuſationibus criminalibus, quia in eis inſtat accuſator reum condemnari pœna corporali, vel etiam pecuniaria, ſed fiſco applicanda; vt late tractabimus

mus in tit. inſt. de publ. iud. Pœnalium autem act. tam ciuilium; quam prætoriarum quatuor hic affert exempla nempe in act. Albi corrupti, Ne quis in ius parentes vocet, Ne quis in ius vocat. vi eximat, & in act. furti, quas omnes, tanquam ab hodierno vſu paſſim remotas, quam breuiſs. explicabimus.

De actione Albi corrupti.

E*St autem actio hæc prætoria, pœnalis, in factum competens contra eum, qui aliquid ammouit, vel deleuit ex albo, & loco publico, vbi leges affiguntur; vt quinquaginta aureorum pœna mulctetur, actori applicanda, vt hic, & l. ſi quis id 7. ff. de iuriſd. omn. iudic.*

Requiritur quod hoc data opera, & doloſe, non caſu acciderit præd. l. ſi quis.

Daturq; hæc actio tanquam popularis cuicunque de populo; præterquam fœminis, aut pupillis; niſi eorum interſit. Contra quoſcunq; per ſe vel per alios corrumpentes præd. l. ſi quis.

Libellus tandem formatur; vt actor inſtet corrumpentem, tanquam lapſum in edictum de albo corrupto, pœna illius, ſibi applicanda mulctari.

De actione Ne quis in ius parentes, vel patronos vocet.

S*Ecunda actio prætoria pœnalis in factum eſt ea quæ datur contra liberos, vel libertos, qui parentes, vel patronos in iudicium vocarunt, non impetrata prius venia a magiſtratu; vt ob id quinquaginta aureo-*

rum pœna mulctetur actori addicienda, vt hic in §. pœnales & l.4. pen. & fin. ff. de in ius voc.

Deſideratur vt reus parentem, vel patronum vtriuſque ſexus in iudicium ciuile, vel criminale citauerit, non impetrata venia, exceptis caſibus, quibus hoc de iure permiſſum eſt l. quamuis xi. ff. eod.

Datur omnibus in ius vocatis, qui non poterant, Contra vocantes l. 2 ff. eod.

Demumq; petit actor reum, tanquam in ædictum lapſum, ad illius pœnam ſibi applicandam damnari.

De actione Ne quis eum, qui in ius vocatus eſt vi eximat.

TErtia prætoria pœnalis actio eſt ea, quæ datur contra eximentem aliquem reum in iudicio citatum; vt ob id eximens puniatur in quantum iurauerit actor, ſine reus ſua intereſſe, vt hic & tot. tit. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. eſt vi eximat, & ff. de eo per quem fact. erit.

Requiritur quod quis vi vel dolo exemptus aut impeditus ſit vt non potuerit in iud. comparere l 1. & 3. ff eod. quod extenditur etiam contra eum, qui de manibus familiæ, vel de carceribus eximit aliquem, pro ciuili cauſa detentum l quoties C. de exactionibus lib x.; ſi enim pro cauſa criminali tanquam leſæ maieſtatis reus capite punitur l.4. ff. ad l iul. maieſt.

Datur actio hæc actori cuius intereſt reum fuiſſe exemptum, vel etiam reo ipſo ſi eius interſit. contra eximentem, vel occultantem d l 1. & l 3. ff. eod.

Proſequitur demum actor hunc act. inſtando reum tanquã lapſum

lapſum in adictum ad id quod intereſt condemnari; licet hodie huiuſmodi actiones pœnales obſoleuerint cum, & corrumpens album, & in ius vocatum eximens, criminaliter puniantur, filijq; paſſim in ius parentes vocent ſine venia, vt admonent communiter dd. hic.

De actione Furti.

Q*Varta tandem actio pœnalis eſt ea, quæ datur contra furem, vel auxiliatorem, ad pœnam quadrupli pro furto ſcilicet manifeſto, & dupli pro non manifeſto §. ex maleficijs h. e. quod autem ſit furtum manif. & non manif. late docuimus ſup. de oblig. quę ex delicto.*

Requiritur vero quod furtum ſit commiſſum, non ſimpliciter attentantum, vt ibidem diximus, cum alias ſolus etiam delinquendi affectus plerunq; puniatur l. is qui cum telo 7. C. ad l. corn. de ſiccarijs. & l. quisquis. C. ad l. Jul. Maiest.

Competit domino rei furtō ſubtractę, vel ei, cuius legitime intereſt rem non fuiſſe ſubtractam §. furti, & ibi diximus ſup. iam d. tit. Contra furem, licet impuberem, doli capacem, auxiliatoremue, in omnibus caſibus, quibus diximus furtum committi.

Tandem inſtat actor poſt narrationem facti temporis, & perſonæ, reum ad legitimam furti pœnam condemnari, quæ tamen hodie non eſt amplius pecuniaria, ſed corporalis, vt admonent dd. hic per text. in §. ſi quis in tit. dę pace tenenda, & per conſequẽs ſublatus eſt vſus huius actionis.

De actionibus mixtis, tã rei perſecutoris; quam pœnalibus.

TErtium tandem membrum huius tertię diuiſionis eſt actionum mixtarum, quibus actor non ſolum rem ſuam, ſed pœnam etiam propter maleficium, vel dolum aduerſarij proſequitur; veluti ſunt actiones ui bonorum raptorum, legis aquilię, & actio ex teſtamento contra inficiantem legatum pijs locis relictum, de quibus agitur in pręd. § ex maleficijs verſ. ui autem b. e.

De actione vi bonorum raptorum.

Tempus huius actionis

EST autem hæc prętoria perſonalis mixta, per quam actor conſequitur a raptore poſt annum ſimplum; intra vero annum quadruplum rei ruptæ, computata re ipſa, quam actor per hanc eandem actionem proſequitur; vt hic in dicto verſ. vi autem.

Requiritur in hac act. quod res aliena mobilis, per vim ablatiuam rapta ſit; nam pro vi expulſiua de re immobili cõpetit interdictum vnde vi §. recuperandæ infr. de interdictis, ſicut & pro alijs violentijs competit actio de eo quod vi, de qua infra vel accuſatio criminalis de vi publica, vel priuata de quibus dicam in tit. de publ. iud.

Daturq; domino rei raptæ, vel hæredi, aut ei, cuius legitime intereſt rem raptam non fuiße, Contra raptorem,

etiam impuberem, doli capacem l. 2. ff. de vi bon. rap., & ſup. docuimus in tit. de vi bon. rap.

Tandem inſtat actor vi raptorem condemnari in ſimplum, vel quadruplum, vt diximus, licet hodie actio hęc ab vſu receſſerit, cum vi raptores corporaliter puniantur vt infr. dicam in tit. de pub iud.

De actione legis aquiliæ.

MIxta pariter ſed ciuilis perſonalis eſt actio legis aquiliæ competens pro cęde, damnoue, iniuria, hoc eſt iniuſte illato ſeruis, pecudibus, rebusue alienis, vt cædens puniatur ad quanti plurimi anno præcedenti valuit, lędens vero ad quanti plurimi triginta diebus antea, & ſi reus factum inficietur ad duplum etiam pro pœna, vt hic in verſ. ſed & legis.

Qua puniatur Condem... damnum.

Requiritur vt cædes, vel damnum iniuria, hoc eſt iniuſtæ facta ſint, vt in caſibus relatis ſupr. in tit. de leg. aquilia, alias ſi contumelioſe fiat competit actio iniuriarum, l. ſed & ſi s ff eod.

Et competit domino rei, vel hęredibus, contra cædentem, vulnerantem, vel aliter lędentem; licet impuberem, doli capacem d l. ſed & ſi s. ff eod.

Demumq; petit actor reum ad æſtimationem quanti plurimi, vel etiam ad duplum ſi factũ inficietur condemnari.

De actione ex teſtamento contra inficiantem legatum.

Tertia

Tertia tandem actio civilis perſonalis mixta eſt ea, quæ competit ex teſtamento contra hæredem inficiantem, vel procraſtinantem ſoluere legatum, pio loco relictum; vt ob id in duplum rei legatæ computata re ipſa condemnetur; vt hic in verſ item mixta, et in §. ſed furti h. e.; cum alias actio ex teſtam. in aliis caſibus ſit perſonalis rei perſecutoria.

Deſideratur quod reus neget, vel diferat ſoluere legatũ piis locis, dolo, & ſine iuſta cauſa; ſecund gloſſ. ibid.

Datur pio loco, Contra hæredem dolo negantem, vel differentem, iuribus allegatis.

Petitq; actor reum condemnari ad duplum rei legatę, ad illudq; vrgeri.

De Quarta diuiſione actio-

NVM, QVA ALIAE SVNT IN SIMPLVM, ALIAE IN DVPLVM, ALIAE IN triplum, & aliæ in quadruplum.

Quarta actionum diuiſio, finem & ipſa reſpiciens eſt, quod actiones alię dantur in ſimplũ, aliæ in duplum, aliæ in triplum, & aliæ in quadruplum, ultra quod nulla datur actio, de quibus actionibus agitur in §. omnes autẽ, vſque ad §. actionum, & primum de actionibus in ſimplum, ſic dictis; quia per eas actor rem ſuam, vel ſibi debitam ſimpliciter proſequitur, vt ſunt omnes actiones rei perſecutoriæ, tam reales, quàm perſonales; quarum plura ſuperius allata ſunt exempla, prȩter quæ alia quatuor afferuntur hic in d § omnes, nempe in act ex Stipulatu, Empti, & Venditi, Locati, & Conducti, & Mandati.

De

De actione ex Stipulatu.

IN primiſq; ex ſtipulatione duæ oriuntur actiones certi, ſcilicet condictio, ſi certum aliquid in ſtipulat. deductum ſit; & actio ex ſtipulatu; ſi incertum, vel factũ aliquod, vt late docuimus ſup. in tit. de verb. oblig. in prima diuiſ. & eſt vtraq; harum act. perſonalis ciuilis, rei perſecutoria, & in ſimplum; niſi quando datur ad intereſſe particulare propter moram debitoris, vel ad pœnam conuentionalem in ſtipulat appoſitam l. ſi inſulam 84. cum ſeq. ff. de verb oblig.

Duæ actiones oriuntur ex stipulatione

Requiritur interceſſiſſe ſtipulat. cum omnibus requiſitis, de quibus diximus ſup. iam d tit.

Et datur ſtipulanti, vel hæredi, Contra promittentem, vel hæredem §.fin. iam d. tit.

Petitq; actor reum declarari obligatum, ad dandum, vel faciendum id, quod in ſtipulat. deductum eſt, ad illudq compelli cum expenſis.

De actionibus empti, & venditi.

EX contractu emptionis & venditionis duæ proficiſcuntur, actiones empti ſcilicet, & vẽditi, ambæ perſonales, ciuiles, rei perſequutoriæ, & in ſimplum, quarum prima datur emptori ad petendam rem, ſiue vacuam ſaltem poſſeſſionem ipſius, vna cum fructibus pendentibus, vel ad petendum intereſſe, ſi res non extet, vel deterior facta ſit; Alia vero datur venditori, ad petendum prætium, & etiam vſuras, ſi emptor fuerit in mora, & ad omnia pacta ſeruanda, quæ ex natura contractus in emptione appoſita fuerunt l. 1. & 2.

Quid petatur hac actione

l. ex

l. ex empto xi. l. Iulianus 14. ff. de actio. empti, & vendit

Deſideratur, quod interceſſerit contractus empt. & vendit. cum ijs requiſitis, quæ ſupra retuli in tit. de empt. & vend. & illud amplius vt competat actio empti quod emptor iam ſoluerit, vel ſaltem obtulerit, aut depoſuerit pretium, alias venditor rem poteſt retinere pro pignore d. l. Iulianus; vt vero competat actio venditi, quod venditor iam tradiderit, obtulerit, vel depoſuerit rem.

Competit actio empti ipſi emptori, etiam ſi per alium, & ex aliena pecunia emerit, Contra venditorem d l. Iulianus 14 ff eod actio vero venditi competit venditori, contra emptorem, heredibusq;, contra hæredes.

Practicantur tandem hæ act. inſtando per iudicem declarari aduerſarium obligatum ad ea, quę diximus, cum impenſis.

De actionibus locati, & conducti.

S*Vnt & ipſæ locati, & cond actiones, perſonales ciuiles, rei perſecutoriæ, & in ſimplum, quarum altera datur locatori, pro penſione, vel deterioratione rei locatæ, pro qua omnia inuecta a conductore intelliguntur tacite locatori hypothecata, vt diximus ſup. de ſeruiana; altera vero datur conductori, ad petendum liberum, & commodum vſum rei conductæ, nec non impenſas vtiles, & neceſſarias, omneq; damnum, & intereſſe quod ex rei vitio, & locatoris dolo paſſus eſt, ac demum ad omnia ea, quę ex natura contractus, & conſuetudine loci, & ex conuentione partium præſtanda veniunt. l. item quęritur 14. l. ex conducto 16. l ſed addes 21. ff. locati, & conducti.*

Requi-

Requiritur quod uera, & legitima interceſſerit locatio, ſecundum ea, quæ diximus ſupr. in tit. de locat. & cond.

Daturq; locati act. locatori, ſiue emphiteutæ, contra conductorem, uel emphyteuticarium, conducti, uero conductori, contra locatorem, hæredibusq; contra hæredes, ſiue etiam ſucceſſoribus ſingularibus, contra ſucceßores, licet illi non teneantur ſtare locationi, & conductioni; ſicut tenentur ſucceſſores vniuerſales § fin. ſup. de locat. l. uiam veritatis 10. C. eod.

Demum forenſis vſus eſt, quod actor inſtet reum declarari obligatum ad iam dicta, ad illudq; compelli &c.

De actione mandati.

QVartum exemplum actionum perſonalium, ciuilium, rei perſecutoriarum in ſimplum, eſt in actione mandati, quæ ex contractu, mandati prouenit, quęue duplex eſt, alia directa, competens mandanti, ad omne damnum, & intereſſe, quod ex dolo, culpaue mandatarii paßus eſt; alia contraria, competens mandatario ad impenſas vtiles, & neceſſarias, nec non & ad omne intereſſe & damnum quod paſſus eſt l. ſi procuratorem 8. & l. ſi quis 27. ff. eod. mandati, vel contra.

Requiſita ſunt, quod interceſſerit mandatum gratuitum, & rei honeſtæ; vt ſupr. diximus in tit. de mandato.

Datur directa mandanti contra mandatarium, ſiue procuratorem, Contraria uero mandatario, Contra mandantem, hæredibusq; contra hæredes d. l. ſi procuratorem, & l. ſi vero 12 ff. eod.

Poſtremo inſtat actor declarari, aduerſarium obligatum ad illud, quod diximus.

De actionibus in triplum.

Tertium membrum huius diuiſ. eſt illarum actionum, quæ dantur in triplum, quarumue vnicum affert Imp. exemplum in §. tripli, & §. ſi quis agens cum quinq; ſeq. h.e nempe in actione ex lege condictitia contra eum, qui perfidia tentus plus petit in iudicio; quam ſibi debeatur, quiue cum olim caderet a cauſa; hodie vero ſi plus petit tempore, condemnatur in expenſis, & duplicantur reo Induciæ, ſi vero plus petit re, loco, & cauſa condemnatur in triplum damni, & expenſarum, quę fecit reus d. §. ſi quis agens, cum tribus ſeq. h.e. vbi etiam declaratur exemplis, quando quis dicatur plus petere tempore, re, loco, & cauſa. Ex aduerſo qui iuſto errore minus petit.; quam ſibi debeatur poteſt nihilominus reſsiduum petere vel in alio, vel in eodem libello, ipſum emendando, mutando, uel cumulando; vt pulchre docet poſt Iazonem Miſing. in §. ſi minus h.e. Quod etiam ſtatutum eſt, in eo, qui pariter iuſto errore, aliud pro alio, vel ex alia cauſa; quam ſibi debebatur petierit §. ſi quis aliud h.e. Licet ad effugiendam pœnam plus petitionis cōſulant dd. addendam eſſe clauſulam illam ſaluo iure ſuperflui; ſicut ad tollendum errorem minus, vel alterius petitionis addi ſolet alia clauſula. ſaluo Iure addendi, & ſaluo iure mutandi, quæ tamen clauſulę breuitatis gratia ſolent his duobus tantum verbis exprimi. Saluo iure; &c.

Cæterum quę requirantur in hac act. quæ contra plus petent. datur cuiue, & contra quem competat ſatis patet ex iam dictis.

Forma vero libelli eſt, vt petatur actorem, qui plus in inditio petiit ad triplum damni, & expenſarum condemnari, & vrgeri.

De actionibus in quadruplum.

Q*Vartum tandem huiuſce diuiſionis membrum eſt earum actionum, quę dantur in quadruplum, quarum quatuor recenſet Imp. exempla hic in §. quadrupli cum duobus ſeq. nempe in act. furti manifeſti, in act. Quod. metus cauſa, in act de Calumnia, & in act. Ex lege condictitia contra executores litium, de quarum prima, cum iam dictum ſit in ſup diuis. dicendum eſt de aliis tribus. & primo de.*

De act. quod, metus cauſa.

E*S T autem act. hæc, perſonalis prętoria, in rem ſcripta, competens ad quadruplum rei & fructuum per vim, metumue ab aliquo extortorum ſi extorquens iuſſu iudicis rem non reſtituat l. ſi cum ex cept. 14. §. hæc autem. ff. de eo. quod met cauſa.*

Requiritur in hac act quod res, vel promisſio aliqua extorta ſit per metum, aut uim impulſiuam, cum pro ablatiua competat actio vi bonorum rapt. de qua ſup. diuis; ſicut pro expulſiua turbatiua, vel inquietatiua, competunt interdicta, de quibus infr. de interd. tractabimus.

Daturq; vim, metumue paſſo, & hæredibus Contra inferentem, hæredem, aut quemcumq; poſſeſſorem, ſed ad ſimplum rerum extortarum l. quod diximus 16. ff. eod. l. 3. C eod.

Demumq; inſtat actor reum declarari oblig. ad reſtit. rei intra ſpacium a iud. præfigendum alias condemnari in quadruplum tam rei; quam fructuum.

De act

De act.de Calumnia.

E St & ipſa actio de Calumnia perſonalis prætoria in quadruplum eius, quod quis accepit, vt aliquem calumnioſe vexaret vel non vexaret in iudicio ciuili, vel criminali vt hic in d. §. quadrupli, & l.i. ff eod.de calumniat.

Spectatur vt id ſcienter, & doloſe factum ſit, cum etiam contra calumn.competat actio ob turpem cauſam, vnaq; tollat aliam l in hæredem 5 .ff.eod.

Cõpetit ei, qui calumnioſe uexatus eſt vel qui ne vexaretur aliquid dedit, Contra dantem, vel accipientem pecuniã, vt calumniam inſtrueret, uel non inſtrueret, hæredibuſq; & contra hæredes; ſed in ſimplum l.3 & 4 ff. eod.

Forenſis vſus eſt, vt actor inſtet reum, tanquam lapſum in æd ictum d.calumniat. condemnari intra annum ad quadruplum, poſt annum ad ſimplum.

De act.legis condictitiæ cõtra executorem litium.

V Ltima tandem actionum in quadruplum, eſt actio perſonalis, ſiue condictio ex lege, contra executores litium, qui maiores ſportulas exigunt, quam per leges liceat; vt ob id mulctentur in quadruplum, vt hic in §.quadrupli.

Requiritur executorem dolo & fraude plus debito accepiſſe, vt hic.

Et datur tam actori, quam reo, Contra execut. plus accipientem.

Ac petit actor reum, tanquam lapſum in legem, quam uocant

cant condictitiam mulctari in quadruplum. Et ſi hodie parum in uſu ſit hæc act., cum officiales plus exigentes criminaliter puniantur arg. a l. unica C. d. ſuperexactoribus; lib. x. ſicut etiam parum vſitantur ſuperiores duæ act., quoniam uim, metumue inferens, de vi publica, vel priuata; calumniator vero lege rhemia ad pœnam talionis criminaliter puniatur l i. ff. ad leg. Iul. de vi publ. l. i. ff. ad ſenatusc. turp. & late dicemus in tit. de pub. iud.

De quinta diuiſ. act. qua aliæ ſunt bonæ fidei, aliæ ſtricti iuris.

QVintam hic affert Imp. in §. actionum cum duobus ſeq. diuis. actionum, formam, ſiue potius naturam ipſarum reſpicientem; quatenus aliæ ſunt bonæfidei, & aliæ ſtricti iuris; prout ſunt etiam contractus, & negotia ex quibus illæ manant Bonefidei autem dicuntur contractus, & actiones illę, in quibus cum maxime exuberet fides, & æquitas permiſſum eſt iudici ex bono, & ęquo vltra etiam, expreſſa in contractu iudicandi, circa locum tempus, & modum pręſtationis, Stricti uero iuris dicuntur illę, in quibus licet bona fides, & ęquitas aliqua ſeruanda ſit, debet iudex tamen contractuum fines ſtrictius, & vt dicitur ad vnguem ſeruare §. fin ſup. de oblig. ex conſenſu, & hic in §. actionum, & §. in bonæfidei, vbi Gloſſ & Myſing. alias quoq; differentias inter has act. late proſequuntur. Bonefidei actiones ſunt omnes tam reales, quam perſonales, hic ab Imp relatę, quarum, cum maior pars ſuperioribus diuiſ. explicata ſit, ſequitur agendum

dum de his quatuor nempe de act. Negotiorum geſtorũ, Proſocio, Tutelę, & Hereditatis petitione, primumq;.

De actione negotiorum geſtorum.

S*Icut ex mandato tacito vel expreſſo orritur actio mandati, de qua ſuperiori diuiſ. dictum eſt: ita ex negotiorum geſtione, quæ ſine mandato procedit manat actio hæc, quæ perſonalis prætoria, rei perſecutoria in ſimplũ, & bonefidei eſt, ut hic & l. i. totoq; tit ff. de negot. geſt & eſt pariter duplex, Directa s. quæ datur domino ad omne damnum & intereſſe, quod dolo, & culpa geſtoris paßus eſt §. 2 ſup. de oblig. quæ ex quas contr., & l. 2. ff. eod & Contraria, quę datur negotiorum geſtori ad impenſas vtiles, & neceſſarias, damnumq;, & intereße, d l. 2 & l. quæ vtiliter 47. ff. eod. non autem ad mercedem aliquam ſecund com. dd. hic.*

Requiritur quod geſtum, vel inchoatum ſit negotium alterius, vtiliter abſq; ſcientia, mandato, uel ratihabitatione ipſius, d l. ſed an vltro xi ff. eod.

Daturq; Directa domino negotiorum, ſiue ei cuius intereſt negotium geri, contra geſtorem: Contraria vero datur negotiorum geſtori, item ſoluenti, vel fidei iubenti pro alio; hæredibusq; contra hęredes d. l. 2. & 3. l. cum pecuniam 45. & l. mandaſti 48 ff. eod.

Inſtat actor demum præmisſis præmittendis reum declarari obligatum ad ea, quæ diximus, cum impenſis, & c.

De actione pro Socio.

A*Ccedit actio pro Socio, quæ perſonalis, ciuilis, rei perſecutoria, in ſimplum, & boneſidei eſt, differens ab actione communi diuidendo, de*

qua ſup. dictum eſt, quod illa oritur ex communione non affectata, hæc autem ex contractu ſocietatis; licet attamen in vtroq; caſu vtraq; competat l. pro ſocio. 38. ff pro ſocio, & datur ad cogendum ſocium, vt communicanda communicet, diuidenda diuidat, ſeruetq; ſocietatis pacta, ac præſtet omne damnum, impenſas, & intereſſe, quod ipſius dolo, culpaue lata, & leui illatum eſt § fin. ſup. de ſociet. l. ſi fratres 53. ff. eod.

Deſideratur legitimam interceſſiſſe ſocietatem expreſſo, uel tacito conſenſu initam; vt diximus ſupr in tit. de ſociet.

Competitq; indifferenter vni ſocio, contra alium, hæredibusq; contra hæredes, ad quos tranſit quidem actio pro ſocio, licet non tranſeat regulariter Societas ipſa l. uerum 64. §. in hæredem ff. eod.

Petit actor in iudicio reum declarari obligatum ad ea, quæ dicta ſunt, ad eaq; compelli.

De actione Tutelæ.

SEquitur actio tutelæ, quę cum oriatur ex quaſi contractu tutoris cum pupillo, vt diximus ſupr. in tit. de oblig ex quaſ. cont. meritò perſonalis, ciuilis, & bonefidei eſt, diuiditurq; in directa, quæ datur ad omne intereſſe, & damnum quod paſſus eſt pupillus ex dolo, lata, leuiue culpa tutoris, & contraria, quæ competit ad impenſas vtiles & neceſſarias ad omneq; damnum, & intereſſe tutoris l tutor 8. ff. de adminiſtr. & periculo tut. l. quidquid 7. C. arbitrium tutelæ l. 1. 3. & fin. ff. de contraria act. tut. Immò ſi tutor diſtraxerit bona pupilli, cõpetit etiam contra eum alia actio pœnalis, quę dicitur de rationibus diſtrahendis, per quam condemnatur in duplum l. 2 ff. de tutelis, & rationib diſtrahendis, & ſi animo furandi diſtraxerit conuenitur quoq; actione furti d. l. 2. & diximus ſup. in tit. de ſatisd. tut. vel cur. & quod magis

magis eſt tutor de ſuſpecto accuſatus criminaliter quoq; arbitrio iudicis punitur & infamatur § ſuſpectus ſup. in tit. de ſuſpe. tut. & ibi late diximus.

Ad hoc vero; vt hac actio intentari poſſit, requiritur preſertim, quod tutela iam finita ſit; quod non euenit in alijs iam dictis act. quę etiam durante tut. intentantur l. niſi 4. & l. ſi tutor 9. ff. de tut. & rat. diſtr.

Competit tutelæ directa pupillo, vel minori, & hæredi, Contra tutorem vel curatorem, & hæredem, ac contra fideiuſſorem ipſius, & hæredem, ac demum in ſubſidium etiam contra magiſtratus minores, qui tutorem, vel curat. dedere § pen. & vlt. ſup de excuſat. tut. & l. ſi duo 52. ff de adminis. & per. tut l. 3. ff. de magiſtrationibus conuen.

Poſtremò inſtat actor aduerſarium condemnari in his, quæ diximus & in expenſis.

De Petitione Hæreditatis.

parata fuiſſe; Hinc etiam binæ illę manarunt totius Iuris ſcripti præcipuę materię; vna, quæ omnes hominum actus, qui ciuiliter & priuatim dirimuntur amplectitur & de qua actum eſt in omnibus præcedentibus titulis, alia, quæ delicta criminali, & publica animaduerſione caſtigata continet, quæ hoc poſtremo titulo explicatur, in cuius tit. Interprętatione hoc tempore verſaturi, ab aſſueto ordine minime recedentes, primum quidem explicabimus Rubricam, dein ad tetualium interprętationem maturius accedentes, vniuerſam criminalem materiam theoricem explanabimus, & ad hodiernam iudiciorum forenſem praxim vtiliter accommodabimus.

Super Rubrica.

Erunt autem in hac rubrica tria breuiter exploranda, Connexio ſ. tituli. Senſus verborum ipſius rubricæ, & Communes loci, vbi de hac ipſa materia in iuris Corpore pertractatur.

Circa primum connexionis rationem reddit gloſ. hic, quia cum de priuatis, & ciuilibus Iudiciis hactenus dictum ſit in ſuperioribus titulis, conſequens eſt dicere de publicis, & criminalibus.

Dicta ſunt autem publica iudicia, vel quaſi populica; eo quia eorum executio cuicumq; de populo plerunq; datur. §. 1. iuncta gloſ. hoc eodem tit, vel quia eorum uindicta ad rempublicã pertineat, cuius intereſt delicta puniri l. ita vulneratus 52 ad leg aquiliam l. congruit 13 ff. de officio praeſidis, Vel tandem quia in foro publico frequenti populo hæc iudicia antiquitus redderentur; primus enim omnium L. Cornelius ſcilla quæſtiones, & iudicia publica inſtituit, certisq; addixit ſolennitatibus, quę poſtea

ſtea; ſicut etiam in priuatis actionibus, tanquam nimis ſuperſtitioſæ obſolenere l. 2 §. deinde Cornelius ſcilla ff. de orig. iuris l. ordo 8. ff. de publ Iud l. 1. & 3. C. de formul. & Impet. ſub nec refragatur ſi quis cum gloſ. & Bart. dicat titulum hunc debuiſſe pot ius inſcribi de publicis criminibus, accuſationibus, vel legibus, cum de his maximè agatur hic; quam de publicis Iudiciis; quia præter omnes reſpondeo; Immo recte inſcribi de Iudiciis, cum verbum illud Iudicium omnia illa in ſe contineat c. forus extr. de verb. ſig.

Quo ad vltimum titulus hic, qui terribilis vocatur, eo quia terret homines l 2. verſ. & poſt hæc C de Vet. Iur. enuc. habet cõcordantes titulos ff de publ. Iudic. cum pluribus ſequentibus C. de his qui accuſ. non poſſ. cum multis adiunctis, & in Iure Canonico tit. de accuſ. cum non nullis anexis.

In Textum.

SED iam aggrediamur textum in cuius Interpretatione quinq; ſunt generaliter exploranda. Primum quid ſit publicum Iudicium, & quomodo exerceatur. Secundum qui nam in publicis Iudiciis accuſare poſſint, & quod ſit munus accuſatoris. Tertium qui accuſari poſſiut, & quod officium ipſius rei ſit. Quartum qui in publico Iud. Iudices competentes exiſtant, & quæ eorum ſint partes. Quintum tandem, quę ſint publicorũ Iudiciorum criminumue ſpecies, quibus ve pœnis ſingulę puniantur.

CAPVT PRIMVM.

Quid ſit publicum Iud. & quomodo exerceatur.

CIrca primum cum dicat Imp. hic in primis verbis Publica Iudicia & c. ſciendum eſt quod cum Iudicium pluribus modis accipiatur, & pro recto ipſius mentis actu, & pro actione, & pro ſententia ; vt notat glo. in §. præterea, in verbo Iudicium ſupr. quibus non eſt per. fac. teſt. proprie tamem eſt actus legitimus duarum perſonarum. ſ. actoris, & rei de eadem quæſtione ſub eodem iudice contracta, ſecundum gloſ. in C. forus in verb. Iudicium ext. de verb. ſig. & eſt triplex priuatum, publicum, & mixtum ſecundum Ripam in rub. de iudiciis. Priuatum, ſiue ciuile iudicium eſt, quod ex ciuili cauſa procedit, nẽpe ex contractu, vel quaſi, & etiam ex delicto: uel quaſi ciuiliter intentato, quod euenit quando actor petit ſolum intereſſe priuatum; vt patet ſup. in princ huius libri uſq; huc; veluti cũ quis rem ſibi furto ſublatã ſimpliciter cõdicit: Publicum Iud. eſt, quod ex delicto, vel quaſi procedit criminaliter intentato; vt quando accuſator inſtat reum condemnari ob publicam vidictam ad pœnam fiſco applicandam; veluti cum petit homicidam, ſiue adulterum vltimo damnari ſupplicio, vel mulctari in pecunia fiſco applicanda, & alias differentias inter publica & priuata iudicia recenſet gloſ. in hoc § i. in uerb nec omnino. Mixtũ tandẽ Iud. dicitur illud, quod ex delicto prouenit ciui

liter]

liter, & criminabitur intentato, veluti quando quis petit interfectorem ſerui capitaliter puniri, & etiam ad æſtimationem damni mulctari; iuxta textum in § liberum ſupra de leg. aquilia; ex quocunque enim crimine, & ciuiliter ad intereſſe, & criminaliter ad publicam vindictã agi poteſt. l. qui nomine 25. ll. cod. leg. Cer. de falſ. l. unica C. quando ciuil. actio l. 3. C. ſi aduerſ. hibert. & late Iulius Clarius in ſua practica criminali § fin. queſt. 2. & quia mixta Iudicia participant vt vidimus de criminalibus facile veniunt ſub regula criminalium, de quibus cum dicat Imperator hic publica iudicia neque per actiones ordinantur, &c. Sciendum eſt, q̃ cũ Ciuilia Iudicia duobus tãtum modis exerceãtur nempe per actionem, & per exceptionem, toto tit. ſupr. de act. & de exceptionibus. Publica Iudicia ſex modis ordinantur ſiue exercentur. ſ. vel per accuſationem, vel per denunciationem, vel per inquiſitionem, vel per exceptionem, vel per viam notorij, vel tandem per omnia hæc, aut aliqua earum ſimul concurrentia.

Per accuſationem; vt quando propoſita per accuſatorem aduerſus reum quærella, eaq; legitime probata, Iudex eum condemnat; eſt enim accuſatio delatio criminis in iudicio, ſecundum Canoniſtas in Rubr. extra de accuſationibus & late Clarus præd. §. fin. q 3. & xij.

Per denunciationem, vt cum Iudex ſuper denunciato crimine inquirit, & condemnat, denunciatio namque eſt relatio criminis in iudicio, per officiales publicos ad hoc deputatos, qui in iure ſtratores ſiue nunciatores dicũtur, l. vnica C. de ſtratoribus, vel etiam per alios priuatos ad hoc ſpecialiter non deputatos, ſecundum Clar. q. 7.

Per inquiſitionem proceditur, cum Iudex præcedente accuſatione (& hoc in praxi) denunciatione, diffamatione, Indicio, vel alia quacumque ſuſpicione criminis, format legitimam Inquiſitionem, vt detecto criminis autore, ad eius condemnationem deſcendat c. Deus omnipotens 2.

q. 1.

q. 1. Eſt enim inquiſitio indago Iudicis ex officio facta, præcedentibus tamen ĳs quę diximus l vbi 22 C. ad leg. Cornel. de fal. l. congruit 13. ff. de officio præſ. C. inquiſitionis ext. de accuſationibus, & late Clarus q. 5. vbi etiam docet quod licet ex Inquiſitione nemo poſſit de iure com. condemnari; iuxta Gloſ in l. 2. §. ſi publico ff. ad leg. Iul. de adul. in pract. tamen contrarium obſeruatur.

Per exceptionem; vt cum reus de aliquo crimine accuſatus obicit accuſatori, teſti, vel Iudici aliud crimen, ex quo intendit, eum non ſolum puniri; ſed ad accuſandum, teſtificandum, vel iudicandum inhabilem reddi; definitur namque exceptio, vt ſit quaſi quædam excluſio, quæ interponi actioni cuiuſcumq; rei ſolet ad excludendum id, quod in intentione, condemnationeue deductum eſt l. 2. ff. de except.

Per viam notorĳ quoties adeo conſtat Iudici de criminis autore per ſententiam, confeſſionem, contumatiam, aut rei euidentiam, vt ad condemnationem venire non dubitet, iuxta textum in c. cum dilectis extr. de purg. can. eſt namq; notorium crimen, quod aliqua tergiuerſatione celari nequit c. fin. extr. de cohab. cleric. & mul. & Clarus. quæſt. 9. ſed Clarius Gandinus in ſuo tractatu de Maleficĳs in rub. de notorio.

Poſtremò poteſt Iudex procedere his iam dictis omnibus concurrentibus, vel aliquibus tantum, veluti con currente ſimul accuſatione, & Inquiſitione, quod licet de iure non proce dat, vt com. tenent DD. teſte Romano in l. edita C. de edendo; In praxi tamen vbiq; locorum obſeruari admonet Clarus. q. 3. verſ. hinc infertur.

CAPVT SECVNDVM.

Qui in publicis Iud. accuſare poſſint, & quod ſit munus accuſatoris.

CIRCA ſecundum principale caput huius materiæ, cum dicat Imperator in §. 1 huiuſce tit. cuicumq; de populo plerumq; competere executionem publicorũ iudiciorũ. Inquirendum nobis eſt per quas perſonas Iudicia publica exequantur, & quia in executione iudicij tres concurrunt perſonę, accuſator; vti cauſa efficiens, reus, vti materialis: & iudex vti formalis quibus accedit, vti finalis communis reipublicę quies pręd. l. congruit 13. ff. de officio præſ. c. foruſ. ext. de verb. ſign. Idcirco de his tribus perſonis videndum eſt, quoniam vero iudicium, ab accuſatore inchoatur d. c. forus. & c. 1. de accuſationib. Ideo primum de accuſatore agendum, quis ſcilicet accuſare poſſint, & quæ ſint accuſatoris partes.

Quoad primum ſtatuenda eſt regula generalis omnes quidẽ accuſare poſſe, qui expreſſe non prohibentur l. qui accuſare ff. de accuſ. & tot. tit. C. de his, qui accuſ. non poſ. reperiuntur autem in iure prohibitę circiter viginti quinque perſonæ, veluti Mulier exceptis quibuſdam caſibus relatis a gloſ. in l. qui accuſare 8. ff. de accuſat. Item pupillus d l qui accuſare, niſi in quibuſdam caſibus cum aut. tutoris gloſ. in l. 2. in verbo pupillus ff. de accuſ. minor tamen 25 annis vtique admittitur, præterquam in cauſa adulterij alieni l. ſi marit. 15. §. lex ff. ad l. Iul. de adult. de filio autem familias nulli dubium eſt quod poſſit.

poſſit l. filiusfamilias 37. ff. ad l.Iul. de adul. Item Miles, exceptis caſibus de quibus in l. non prohibentur C. de his q.a.n.p. quod tamen non obſeruatur in militibus noſtrorum temporum ex ſent. Clar. q. 14. Item Laicus Clericum accuſare non poteſt c.cum P. manconella extr. de accuſ. c.nullus 2. q.2. niſi in caſibus ibidem expoſitis, & tunc etiam coram Iudice eccleſiaſtico auth. ſtatuimus C. de Epiſc.& Cler. quæ tamen omnia in practica parum obſeruari admonet Clar. q. 14. E contra tamen Clericus poteſt Laicum accuſare niſi veniat imponenda pœna ſanguinis c. poſtulaſti de homicidio. Item magiſtratus maiores, vel Iudices dum in officio ſunt, d.l. qui accuſare; minores autem non prohibentur l. quemadmodum 29. §. magiſtratus ff. eod. Item publico iud. damnatus & per conſequens infamis d.l. qui accuſare. Item excommunicatus c. intelleximus d Iudiciis c.1.4.q 1. Item calumniatores, præuaricatores, aut tergiuerſatores ſeductoresue teſtium l. qui iudicio & d.l qui accuſare. Item qui duas porrexit accuſationes contra duos, illis pendentibus non poteſt tertium accuſare l.eum rationibus 16. C. qui a. n. p. quod tamen in praxi nullibi obſeruatur. Item accuſator de crimine pendente accuſat. non poteſt nec alium, nec ſuum met accuſatorem accuſare; niſi ad ſui defenſam, vel de maiori crimine eum accuſet l. is, qui reus ff de pub. iud. l. neganda 19. C. qui a.n.p. Item ſocius eiuſdem criminis non poteſt ſociū accuſare l ſi filium 37. de lib. cauſa. Item inimicus Eupitalis C. cum p. manconella extr. de accuſat. Item calius parentes, frater ſororem accuſ. nequit, niſi vitæ ſuæ fuerint inſidiati, poſſunt tamen de illis conqueri, vt ſuū conſequantur d.l qui accuſare & l. hi tamen ff de accuſ. l. ſi magnum 13. C. qui a. n. p. Item liberti patronos ſerui dominos, aut alios quoſcunq; in iudicio defferre nequeunt d.l qui accuſare & l. mulierem 13. ff. de accuſ. l. fin. C. q. a. n. p. Item familiares domeſtici, ſiue alumni alicuius, eum accuſare non poſſunt, ſub pœna capitis l.

pen.

pen. & l. iniquum 17. C.q.a.n.p. quod licet in practica minime obſeruetur euidens tamen prebet argumentũ reuerentiæ, qua amicos, & benefactores proſequi tenemur. Item furioſus, & mentecap & fortaſſe etiam ſurdus, mutus, & cæcus de his criminibus, quę cadunt ſub ſenſu, quo ipſi carent; argumentor a l. cum prętor ff de Iudic. & l. prima §. caſum ff. de poſt. c. ſuper 14. q. 2. Item pauper, qui minus quam quinquaginta aureos habet l. nonnulli 10 ff. de accuſ. quod tamen in praxi non obſeruari ſi maxime pauper honeſtæ vitæ ſit teſtatur. Clar. q. 14. Item nemo poteſt alieno nomine aliquem accuſare c. abſens 3. q. 9, & ideo non admittitur ad accuſandum procurator; ſicut nec ad defendendum ſed ſolum ad allegandam cauſam abſentiæ l. pen. in fin. ff. de publ. Iud. exceptis caſibus, in quibus non venit imponenda pœna corporalis ſecund. Gloſ. in d. l. pen. & Clar. q. 32. vel niſi ſit perſona Illuſtris l fin. C. de iniurijs. Item ſi plures aliquem accuſare velint, debet Iudex magis idoneo electo, ſecundum dignitatem, intereſſe, ętatem, & fidem, alios repellere l. ſi plures 16. ff. de accuſ. l. 2. §. fin. ff. ad leg. Iul. d adul. & Clar. q. 13. Tandem perſonas ab accuſando remotas quinque verſibus recenſet gloſ. in c. primo de accuſ. ibi. Hi non accuſant, quos metra ſequentia ſignant femina, pupillus, delatus crimine, tenuus, ſuſpectus queſtu, corruptus, ſortilegusq; infamis, ſeruus, pauper, cum milite, particeps. Libertus, ſocius. ſocium, nec non inimici, Clericus, Eccleſiam nullus deferre valebit, & de hac materia videas 3. q. 4. per totam. Immo qui accuſare non poßunt, nec ad denunciandum admittuntur, niſi ex proprio officio id faciant; vt tenuit Bart in l. diuus la 2. ff de cuſt. & exhib reorũ. Et demum omnes iam dictæ perſonæ ab accuſando remotæ in duobus caſibus de iure communi admittuntur ſ. in grauioribus delictis; vt in crimine læſæ maieſtatis, vel ſi ſuam, ſuorumq; iniuriam, & mortem proſequantur l. famoſi 7. cum ſequenti ff. ad l. Iul. Maieſ. l. 1. l.

bi tamen ff. d. accuſ.l.non prohibentur 8. C. qui a. n. p.
In practica vero ferè omnes , & ſemper admittuntur.
Si non ad legitime accuſandum ; ſaltem ad aperiendam viam Iudici ad inquiſitionem formandam ; vt admonet Clarus q. 14.

Ex his conſtat igitur quę perſonæ in publ. iud. accuſare poſſint; quare videndum eſt pro abſolutione huius ſecundi capitis quod nam ſit accuſatoris munus ; illud vero duplex eſſe conſtat.ſ.accuſare, & accuſationem probare. Accuſat autem ; cum in manu Iudicis , vel notarij maleficiorum proponit libellum, ſiue quęrellam, quæ hodiæ loco libelli , iam ab vſu ſublati proponi ſolet , teſte Claro q.12. licet ſub eadem met forma libelli concipiatur, quæ eſt, vt in ea exprimatur nomen accuſatoris, & accuſati, ſpecies, & qualitates delicti, vna cum loco, & tempore, quo delictum commiſſum eſt, & dies datę quęrellæ iuxta l. libellorum 3. ff. de accuſ. & docet gloſ. noſtra hic in verb. & in inſtitendis. His verſibus . Conſule menſe, die coram prætore profeſſus, te deferre reum crimen , loca, pone ſodalem , Nec refert hodie in praxi an proponatur querella in ſcriptis; vt conſueuit antiquitas ; vel oretenus; vt a notario redigatur in actis, quemadmodum cum ſaliceto contra Bart. tenuit Clarus q.12. Sicut nec tenetur hodie accuſator; quemadmodum antiquitus tenebatur ſe inſcribere quærellæ ad pœnam talionis , vel ad ingrediendum vnà cum accuſato carceres; iuxta d. l. libellorum, & l. ſi cui 7. ff. de accuſ. l.2. C.de exhib.reis, & l.fi.C.de accuſ ; hæ namq; omnes ſolennitates hodie a ciuili aula pœnitus receſſerunt, quemadmodum etiam per raro obſeruatur, quod accuſator teneatur cauere de proſequenda accuſatione vſq; in finem , & de ſoluendis impenſis iuxta l.3.C.q.a n.p. vel etiam iuramentum calumniæ ſubire , quod non animo calumniandi accuſauerit l.1. & tot. tit.C de iureiur. propt.calumn.

Propoſita igitur querella, & per Iudicem admiſſa ſolent aduocati ex ea deducere capitula concernentia ſubſtantiã ;

&

& qualitates obiecti criminis, quæ, quatenus ſibi fuerint à Iudice admiſſa; debet accuſator ea probare, quod eſt alterum; vt dixi munus accuſatoris, quo non probante, reus abſoluendus venit; iuxta l. qui accuſare 4. C. de edend.

Probationum autem, quæ a parte accuſatoris fieri poſſunt, tres ſunt gradus, vnus ad inquirendum, alter ad procedendum, tertius ad condemnandum, vt docuit Clar. queſt. 20.

Ad inquirendum contra aliquem, eumq; capiendum ea ſufficit leuis, & multo minus quam ſemiplena probatio, quæ ducit Iudicem in ſuſpicionem facti; veluti dictum vnius teſtis etiam non omni exceptione maioris, leue per ſe indicium capit. inimicitię, aliqualis defamatio, aut alia huiuſmodi ſeparata; Iudicis arbitrio remittenda; vt poſt Bart. in l. admonendi ff. de iureiur. & Salicetum in l. ea quidem C. de accuſ. tenuit late Clarus queſt. 20. 21. & 28.

Ad procedendum in cauſa, & etiam ad torturam rei neceſſaria eſt probatio paulo minus; quã ſemiplena, quæ ducit Iudicem in opinionem facti; veluti dictum duorum teſtium non omni exceptione maiorũ, graue indicium fugæ, variatio dicti, mutatio vultus, & alia huiuſmodi ſeparata arbitrio iudicantis ęſtimanda; vt cum Bart. in d. l. admonendi, & in l. 2. ff. de excuſ. tut. admonet Clar. prędictis qq. 20. & 21.

Ad condemnandum tandem, neceſſario requiritur plena, aut ſaltem ſemiplena probatio; Plena autem probatio dicitur illa, quæ impellit Iudicem in plenam, & indubitatam fidem, ex qua ad ordinariam condemnationem venire non dubitat; vt dictum duorum teſtium omni exceptione maiorum C. licet de teſt.† Item inditia vrgentiſſima; & indubitata; veluti ſi reperiatur nudus cum nuda, ſolus cum ſola, in lecto, c. literis de pręſump. item confeſſio rei extra tormenta l. 1. §. diuus ff. de quæſtionib. vel notorium facti c. cum dilectis, extr. de purg. Canon.

ſemiplena vero eſt illa, quę ducit Iudicem in præſumpt. facti, vt vnicus teſtis omni exceptione maior, valde vrgentia inditia ſi maxime ſimul concurrant fugę, latitationis, item inimicitię, prauæ vitæ, & huiuſmodi, iudicantis conſcientiæ remittenda, ex qua cum non poſſit reum ordinarie condemnare, iuxta l.fin.C. de prob.; poteſt ſaltem ad extraordinariam pœnam deſcendere; vt poſt Bart. locis cit. tenet Clar. prędictis qq. 20. & 21. & quotidie obſeruatur in praxi.

Verum quia omnis probatio in criminalibus ex quinq; præſertim elicitur l. vbi 22. C. ad leg. cor. de falſis, .ſ. vel ex dictis teſtium, vel ex indicijs, vel ex ſcripturis, vel ex confeſſione rei, vel ex euidentia facti, ſiue notorio; ideo de ſingulis agendū eſt.

Et primo circa teſtes tria exploranda ſunt.ſ.qui admittantur in teſtimonium, qui compellantur, & qui torqueantur.

De Teſtibus.

QVo ad primum multæ ſunt perſonæ, quę cum in ciuilibus, & priuatis Iudiciis ad ferendum teſtimonium admittantur in Criminalibus, & publicis propter grauitatem facti non admittuntur. Veluti eſt mulier de adulterio damnata, vel publica meretri l.i.§.lege Iulia ff de teſt.; cum alias mulier non notata de Iure ciuil. admittatur l.ex eo 18.ff. de teſt. ſecus de Iure Canonico; niſi in quibuſdam caſibus c.mulierem 33.q 5.c.3 extr. de teſt. & late Clar. q.24. Immo cum hermofroditus; ſicut & mulier in teſtam. nō admittatur, niſi preualeat in virilibus; in criminalibus vero indiferenter admititur l.repetundarum 15.ff. de teſt. Item vir pro vxore, aut amaſius pro amaſia & e contra, tanquam domeſtici teſtes repelluntur l.2. in prin. & ibi Gloſ. & Comm. D.D. C. de teſt. canoniſtę in c. in litteris

extr.

extr. de teſt. Item parentes in cauſa parentum vſq; ad tertium gradũ l. leg. Iulia. 4. & l. teſtis 9. ff. de teſt. l. parentes 5. C. de teſt. Item teſtis domeſticus, de familia, comenſalis, ſeruus, mercenarius, & omnes ij, quibus productor Imperare poteſt l. idonei 6. & l. pen. ff. de teſt. l. 2. C. eod. iuncto C. in litteris extr. de teſt. Item cum pubes poſſit in ciuilibus teſtificari non poteſt tamen in criminalibus; niſi ſit maior viginti annorum, & tunc poteſt etiam teſtificari de ijs quæ vidit in minori ętate l. in teſtimonium 20 ff de teſt. Item furioſus, & mentecaptus arg. a l. cum prætor ff. de iud. cum maxime æquiparetur pupillo l. i § furioſum ff. de act. & oblig. cæterum ſurdus, mutus, & Cæcus licet de iure nõ reperiantur prohibiti, ratio tamen ſuadet, vt nec mutus, & ſurdus de auditu, nec cęcus de viſu teſtificari valeat arg. a c. ſuper. 14. q. 2. Item ille qui alia vice contra eundem reum teſtim dixit l. produci 23. ff. eod. Item clerici contra laicos, aut e contra c. teſtimonium xi. q. 1. c. de cætero extr. de teſt. Item damnatus publico iud. & infamis l. 3. § lege. l. in teſtimonium 20. ff. de teſt. Item periurus, excommunicatus, hæreticus, & infidelis l. qui falſo 16. ff. eod. l. quoniam xi. C. de hæreticis c. non poteſt 2. q. 6. C. veniens extr. de teſt. Aduerſ. tamen Iudeum, aut alium infidelem admittitur Chriſtianus c. Iudei extr. de teſt. Item pecunia ductus ad teſt. dicendum, licet verum dixerit l ſi quis teſtibus 13. in ſin C de teſt. Item inimicus capitalis non admittitur; niſi ſequuta reconciliatione, & tunc etiam non ad plenè probandum l. 3. in pri. ff de teſt. d. l. ſi quis C eod. Immo repelluntur etiam cohabitantes cum inimicis c. meminimus extr. de accuſ. c. accuſatores 3. q. 5.; amicus vero pro alio amico ſuſpectus quidem teſtis eſt, non tamen expreſſe prohibitus; vt colligitur ex d. l 3. in primo ff. de teſt. Item pauper, & vilis; niſi honeſtæ vitæ ſit d. l. 3. & § ſancimus in auth de teſt. Item ſocius, & particeps criminis l. quoniam 10. C. eod. c. perſonas extr. eod. Item iudices, aduocati, &

executores l.fin ff eod.c.ſtatuendo 2. q. 6. & in ſumma omnes a ferendo teſtimonio repelluntur, qui & ab accuſando c.teſtes,& c.ſi teſtes,4 q 2. Immo cum iamdictę perſonę non admittantur regulariter in teſtes ad offenſam; niſi in grauioribus criminibus,& vbi veritas aliter haberi nequit; admittuntur tamen ad defenſam, ſi nō ad plenam probationem, ſaltem ad qualem qualē fidem Iudici faciendam, cuius arbitrio, & conſcientię remittitur; vt conſiderata fide, dignitate, reſponſione, voce, vultu, numeroq; teſtium Iudicet quomodo, & quando, quiue, & quanti admittendi ſint teſtes, quantaue eis fides adhibenda; vt pulchre docet Arcadius in l. ob carmē, 21, ſed pulchius Calliſtratus in l.3.§.p. ff de teſt.in hac verba. Tu magis ſcire potes, quanta fides habenda ſit teſtibus, quiue, & cuius dignitatis, & æſtimationis ſint, & Papinianus in l.quęſitum 13.ff.eod inquit. Veruntamen quod legibus ommiſſum eſt, non omittetur religione iudicantium, ad quorum officium pertinet, eius quoq; teſtimonij fidem, quod integrę famæ homo dixerit, perpendere.

Circa ſecundum regulariter in cauſis criminalibus pro eruenda veritate omnes poſſunt cogi ad teſtificandum; preterquam illi, qui de iure prohibētur; vt mox vidimus, vel alia iuſta cauſa, & priuilegio excuſantur, veluti conſanguinei, & affines, patroni inuicem & liberti l.4.cum ſeq. ff.eod. l parentes.ſ. C.eod. Item ſeptuagenarij, valetudinarij, milites, & magiſtratus l inuiti 8. ff. eod. Item qui publicis negotiis præſunt, aut legitime abſunt l. inuiti 19.ff.eod. Item Epiſcopi, vel alij conſimiles in dignitate poſiti c. teſtimonium ij q.1 l. nec honore 7.C.de Epiſ. & cler & tot.tit.ext.de teſt.cog. Cæterę vero omnes perſonæ ad teſtimonium dicendum compelluntur; etiam ſi iurauerint illud non dicere c. intimauit ext.d.teſt. Immo in grauioribus criminibus, vel vbi deficit copia probationū prædictę etiam perſonæ compelluntur d. l. ob carmen ff. eod & Clar.q.24.

Quo

Quo ad vltimum circa teſtes ſciendum eſt, quod in omnibus criminibus capitalibus, in quibus venit imponenda pœna corporalis, quando aliter veritas haberi nequit, præcedentibus legitimis indiciis, Iudex poteſt procedere ad torturam teſtium, quos credit, veritatem detegere nolle, l. edictum, 8. cum ſeq., & ibi Bart. ff. de quæſtion., quo caſu admittuntur etiam ij, quos ſupra diximus prohiberi; quia per torturam purgatur omnis defectus, & macula teſtium; vt tenent Comm. D. D. in l. 1. ff. de quæſtionibus & Clar. q. 25. Excipiuntur tam nonnullæ perſonę, quę regulariter torqueri nequeunt, nec tanquam teſtes, nec tanquam rei principales, Veluti ſunt minores decem quatuor annis; qui tamen poſſunt pulſari ferula l. de minore 10. ff. de queſt. l. 1. §. impubes ff. ad ſillanianum. Item liberi homines, honeſtioresq; perſonæ, & dignitate poſitæ; veluti Milites, doctores, & præsbiteri l ex libero 15. ff. eod. l. Diuo Marco xi. l. decuriones 16. C. eod. l. preſbyteri 8. C. de Epiſc. & Cler. & Clar. q. 64. Item ſenes, furioſi, & mentecapti, alioq; graui morbo laborantes l. 3. §. ignoſcitur. ff. ad Senat Conſ. ſillanian. Quid autem in cæco, muto, & ſurdo, dic vt ſupra diximus circa teſtim. ferendum. Item mulier prægnans, vel intra quadraginta dies poſt partum l. prægnantis 3. ff. de pœnis; quæ tamen omnes ferè perſonæ in grauioribus criminibus, & in defectum probationum, & maxime tanquam rei tum de Iure, tum in practica torqueri poſſunt d. l. edictum, & l. de minore ff. de quęſt. l. 1. & l. 3. C. eod. & Clar. q. 25. & 64., & in ſumma toties torquendi ſunt rei, vel teſtes; quoties Iudici viſum fuerit, vel propter grauitatem criminis, aut inopiam probationum, vel propter eorum variationem, & mendacium; vt admonet Vlpianus in l. quæſtionis ff. de quęſt dum ait. Quæſtionis modum magis eſt Iudices arbitrari oportere, tormenta enim habenda ſunt, non quanta accuſator poſtulat; ſed vt moderatæ rationis temperamenta deſiderant. adde l. de minore 10. §. tormenta ff. eodem, & plura alia

de

de tormentis quomodo, & quando, quibusue infligi debeant, quantaue fides eis adhibenda, & quomodo puniatur Iudex indebite aliquem torquendo, docet poſt Gandinum in tit. de quæſtion. Clarus præd. quæſt. 25. & 64. Iacobus de arena in tract. de quæſt. & Franc. Brunus in tract. de Indicijs, & tortura.

De Indicijs.

Secundo colliguntur probationes ex indicijs ipſis, circa quæ vidend. eſt quid, & quotuplex ſit indicium, vnde aßumantur indicia, & quomodo probentur.

Circa primum ommiſſa tanquam inepta deſcriptione Bat. in l. 2. ff. de excuſat. tutor. dici poteſt Indicium eſſe argumentum ex perſonis, rebus, locis, temporibus, & aliis accidentibus deſumptum, ad fidem faciendam Iudici de facti contingentia, vt colligitur ex l. 3. 5. eiusdem ff. de teſt. & l. vnius 18. ff. de quæſt.

Quotuplex autem ſit difficile quidem determinari poteſt, tanta eſt doctorũ de hac re inter ſe diſſentio; adeo vt dicat etiam Iuriſconſ. In d. l. i. eiusdem. de teſt: Quæ argumenta, ad quem modum probandæ cuiq; rei ſufficiant, nullo certo modo ſatis deffiniri poteſt. Inuenio tamen Clarum poſt Bart in l admonendi ff. de Iureiur. Bald in l. ſeruos ff de teſt. & ſalicetũ in l. ea quæ ff. de accuſ. Clarũ inquam in. q. xx. tres indiciorum ſpecies ſtatuentem, quorum alia dicuntur leuia, alia grauia, ſiue vrgentia, & alia grauiſſima ſiue vrgentiſſima.

Leuia indicia, quæ iu primo gradu probationum inſiſtunt ſunt illa, quæ ducunt Iudicem in ſuſpicionem facti, per quam mouetur ad inquirendum contra reum, & etiam ad capturam; vt ſupra diximus; Veluti dictum morientis, & vulnerati, notoria, & grauis inimic., fama aliqua publ quæ quid ſit, & quotuplex poſt Bart. in l. de minore. de quæſt. docet Clar. q. 21. Item ſanguis profluens

ex

ex cadauere propter intuitum interfectoris, int a horas ſeptem, quod frequenter accidiſſe teſtatur Paris de puteo, quem refert Blanchus de inditiis num. 408., & de hoc pulchra narrat Franc. Caſonus c. 3. qui vocat hoc indicium diuinum, & allegat Ariſtotelem in Problematibus reddentem rationem, nec non & Lucretium poetam canentem. Emicat in partem ſanguis, vnde icimur ictu.

Grauia vero indicia dicuntur illa, quæ ducunt Iudicem in opinionem commiſſi criminis, ex qua procedit vlterius contra reum, ipſumq; torquetur, hic eſt enim vt vidimus, ſecundus probationum gradus, vt tenuit Clar. q. 20. veluti eſt fuga, latitatio, praua vita, variatio dictorum, mendacium, pallor vultus, trepidatio vocis, & quod magis eſt deformis phiſiognomia, & turpitudo nominis l. facta 63. §. ſi in danda ff ad trebell. l. de minore x. ff. d. quæſt c. 1., & ibi Cardinalis extr. de depoſito. Vnde inquit Ioannes Andreas in c. cum ſecundum d. præben. bonum eſſet emere pulchra nomina magno præcio, & de hac materia Indiciorum qui vult plura videre, conſulat Gandinum in rub. de præſump. & Blancum de Indicijs.

Grauiſſima tandem, ſiue vrgentiſſima indicia, quę & indubitata, ſiue violenta appellantur ſunt illę neceſſariæ pręſumptiones, quibus Iudex ad condemnationem venire non hæſitat, queuę ſub tertio probationum gradu; vt vidimus reponuntur. Neceſſaria autem præſumptio ſecundũ Bart in l. ſiue poſſidetis C. de probationibus duplex eſt, alia iuris tantum, quę inducitur a lege; vt cum lex ita ſimpliciter præſumit; & hæc admittit quamcumq; probationem in contrarium; vt in l. penult. C. de prob. vbi qui producit ſcripturam ſuſpectam præſumitur falſarius, & niſi probet contrarium, ex ea præſumptione punitur. Alia eſt iuris, & de iure; vt quando lex aliquid pręſumit, & ſuper tali præſumptione procedit diſponendo; & hæc non admittit probationem in contrarium; ſed ex ea poteſt Iudex ad condemnationem procedere c. litteris

ext. de præſumpt. vbi ſi quis reperiatur ſolus cum ſola, nudus cum nuda vxore alterius, præſumitur adulter, & ex tali præſump. lex eum condemnat; ideo nimirum ſi Iudex quoq; poteſt eum condemnare, qui tamen caueat quid agat; valde enim periculoſum eſſe in foro conſcientię aliquem ex Indicijs, & præſumptionibus damnare, exclamat Clarus q. 20.

Quoad ſecundum inditia ex pluribus aſſumuntur, nempe ex Perſonis, Rebus, Locis, Temporibus, & ex varijs accidentibus, & cauſis.

Ex perſonis habita ratione famæ, conuerſationis, nationis, conditionis, fortunæ, ętatis, ſexus, vocis, vultus, habitus, nominis, & phiſiognomię, ſecund. Bart. in d. l. de minore ff. de quæſt. & Clar. præd. q. 21.

Ex rebus; vt ſi res furatę reperiantur in domo ipſius rei, ſi gladius alicuius cruentus in loco rixæ, Item ſi veſtigia in luto, & niue recognoſcantur, & alia buinſmodi relata a Bart. in l. fin. ff. de quæſt., & a Clar. præd. quæſt. 21.

Ex loco vt ſi reus viſus fuerit prope, vel in loco delicti, aut quia potuerit commode ibi ſe transferre, ſimiliter ex tempore, ſi noctu commiſſum ſit delictum, quo tempore poterat ab eo commodius committi; vt poſt Angelum de Malefic. in ver. noctu docet Clarus prædict. locis.

Ex varijs tandem rerum accidentibus, & cauſis, quæ ſub certa regula minime redigi poſſunt, veluti ex fuga, latitatione, inimicitia, minis, litteris, & buiuſmodi, quę late docent DD. prealegatis locis. ſed latius Antonius Blancus, & Franciſcus Brunus in ſuis tractatibus de Indicijs.

Poſtremo loco circa indicia videndum eſt quomodo probentur (loquor de indicijs quæ extrinſecis inducuntur non quę Iudex ipſe per ſe colligit) in qua re Bartolus, & Baldus in l fin. C. de quæſt. & in l. fin. C. fam. herciſ. tenent tot requiri teſtes ad probandum indicium;

quot

quot re quiruntur ad probandum factum ipſum, & ideo ſicut vnus teſtis non omni exceptione maior ſufficit vt vidimus ad Inquiſitionem, plures ad Torturam, duo omni exceptione maiores ad condemnat., ita quoque ſufficient ad probanda inditia ad Inquiſitionem, ad torturam, & ad condemnationem ſufficientia.

De Scripturis.

T*Ertium probationis genus colligitur ex ſcripturis, licet enim regulariter delictum per ſcripturam, & inſtrumentum non probetur, vt tenuit Bart. in l. in Senatus ff. ad Senatuſc. turpil., & facit l. diuus la 2. ff. de cuſt. & exhib. reorum & l. 3. §. idem dicimus ff. de teſt. hoc tamen intelligitur de ſcriptura, & inſtrumento inter partes facto ad hoc ſolum, vt ex eo probetur delictum; ſed Inſtrum., & ſcriptura, quæ in ſe radicitus delictum continet, vel ex qua delictũ arguitur vtiq; probat; veluti ſi producatur ad probandam vſuram inſtrumentum contractus vſuratici, vel ad probandum homicidium litteræ, quibus aliquis mandat alterum interfici, item litteræ amatoriæ, per quas probatio adulterij coadiuuatur de quo late Clar. q. 54.*

De Confeſſione.

Q*Varta probationum ſpecies cęteris firmior, & certior, quæ & manifeſta probatio dicitur eſt illa, quę ex confeſſione ipſius met rei colligitur l. 1. ff. & C. de confeſſis; dicitur autem confeſſus, qui ore proprio crimen pandit; ſicut dicitur conuictus, qui cæteris probationibus reus apparet l. 2. C.*

quorum app. non recip. ad hoc autem; vt confeſſio plene probet delictum tria maxime requiruntur.

Primum quod confeſſio manauerit in Iudicio, coram competenti Iudice, extraiudicialis enim confeſſio, ſiue coram non ſuo Iudice non ſufficit ad condemnat.; ſed facit ſolum indicium ad torturam; ſecundum Bart. in l. capite ff. ad leg. Iul. de adult. per textus ibi alleg.

Secundum quod confeſſio principaliter, & non incidenter facta ſit; incidens enim confeſſio facit tantum inditium ad torturam, vt eſt theorica Bart. in l. ſi confeſſus ff. de cuſtod. reorum, cuius contrarium deciſum eſt de Iure Canon. per text. in c. 2. extra de confeſſis, quod etiam in practica quotidie obſeruari monet Clar. q. 55.

Tertium quod confeſſio ſit libera, nulla nec ſpe impunitatis, nec blanditijs, ſiuè terrore minarum, aut cruciatibus tormentorum extorta; & ideo ſi Iudex promittat impunitatem reo, ex qua confiteatur, non poteſt eum damnare; ſed babet ei fidem ſeruare; vt generoſe firmauit Clarus, contra nonnullorum ſententiam prædicta quæſt. 55. Pariter ſi reus, timore vel cruciatu tormentorum confiteatur; talis confeſſio ei non præiudicat, niſi eam libere extra timorem, & tormenta ratificauerit; vt voluit Bart. comm. approbatus in l. 1. §. diuus, per illum text. ff. de quæſt.; res enim fragilis, periculoſa, & quæ veritatẽ ſæpe fallit eſt ipſa tortura l. 1. §. quæſtioni ff. de quæſtion. Quapropter confeſſio extorta in tormentis, & etiam ratificata, nullis præcedentibus legitimis Indicijs, non probat, idem Bartolus in l. quæſtionis la ſecunda ff. de quæſt. per tex. in l. 1. §. diuus ff. eod. Immo ſi reus fateatur quidem delictum; ſed neget eius qualitates; veluti fateor quidem occidiſſe non tamen penſate, non poteſt, ex tali confeſſione damnari pro penſato, licet in hoc caſu ſoleant rei diuidere caſum, & accepta ſecuritate pro puro, reſpondere pro penſato; vt monuit Clar. præd q. 51. Idẽ eſt ſi quis fateatur delictum, cum addictione; veluti fateor quidem ocidiſſe; ſed ad neceſſariam defenſionem; ex

tali

tali namq; confeſſ. non poterit reus ordinariè puniri; ſed erit ei concedenda facultas probandi neceſſariam defenſ.; ſi maxime præſump. ſit pro reo; ſecus ſi contra; vt cum Bart. diſtinguunt comm. D.D. in l. Aurelius § idem ff. de liberat. legat. & admonet Clar. præd. q 55 tutius eſſe, quod reus neget delictum; veluti ſi dicat non occidi, vel ſi occidi id feci ad neceſſariam defenſionem.

De Notorio.

Quintum tandem probandi gen. eſt per rei euidentiam, ſiue per notorium facti; vt cum notorie conſtat Iudici delictum eſſe commiſſum, a quo, in quem, quomodo, vbi, & quando, non enim ſufficit factum eſſe notorium; niſi & notorię ſint qualitates ipſius; vt ſenſuit Clar. q. 9. eſt autem notorium crimen illud quod aliqua tergiuerſatione celari nequit gloſ. in c. manifeſta 2. q. 1. & eſt quadrupex; notorium facti, quod colligitur ex rei euidentia cum vel plures homines aut ſaltem duo, vel tres omni except. maiores ſimul conſpexerunt aliquem perpetrantem delictum, uel etiam iudex ipſe ſimul cum aliis, ſi enim ſolus vidit non poteſt reum condemnare; ſecundum vulgarem gloſ. in l. eandem 2 in fin. ff. de feriis; Iudex enim iudicare debet ſecundum allegata, & probata l. illicitas 6. §. veritas ff. de off. præſid. aliud eſt notorium iuris, quod ex ſententia prouenit; vt cum quis damnatus nō appellat; dicitur notorie reus per ſent. quæ pro veritate habetur in l. ingenuum 25. ff. de ſtat. homin. l. res iudicata ff. d. reg. iur. Tertium ē notorium per confeſſionem, ut ſi reus confiteatur crimen gloſ. in c. veſtra In verbo notorium extr. d. cohabit. cleric. & mul. Quartum eſt notorium præſumptum, quod ex preſump. iuris, & de iure prouenit; vt ſupr. docuimus c. litteris de præſump.

cum

cum ſim. In quocumq; autem caſu plene conſtiterit iudici de crimine per uiam notorij; poteſt illico nullo ſeruato iuris ordine ad condemnationem proſilire; in notoriis namq; ordo eſt ordinem non ſeruare; vt admonet Gandin. plura de hac materia tractans, in rubr. de notorio, & Clar. prǫd. q. 9.

His itaq; mediis probat accuſator accuſationem ſuam, quam tamen debet intra biennium proſequi, quo ellapſo expirat inſtantia, nec poteſt amplius iudex procedere contra reum; ſed eum debet abſoluere ab obſeruatione Iudicij, Iuxta textum in l. 3. C. vt intra certum temp. & l. properandum xi. C. de iudic. ibiq; D D. quod tamen in praxi minime obſeruari teſtatur Clar. q. 51. Immò ſi accuſator ab accuſ. deſiſtat, de iure communi, tanquam tergiverſator punitur ex Senatuſconſ. turpiliano, nec poteſt amplius accuſare l. i & tot. tit. C. vt intra certum tempus l. 1. & 2. ff ad Senatuſc. turp. niſi fuerit crimen publicè abolitum l. i. totoq; tit C. de abolitionibus, quæ abolitio fit per Indulgentiam principis, vel per mortem accuſatoris, aut accuſati, vel per tranſactionem partium, in caſibus, in quibus licet tranſigere l tranſigere 18 C. de tranſact. l. abolitio 8. cum duabus ſeq. ff. ad turpil. l. 2. C. ſi reus, vel accuſat. mortuus fuerit; quę tamen omnia in practica nullibi obſeruari admonet Clar. q. 51. quemadmodum nec etiam obſeruatur vt calumniator, qui falſa crimina contra aliquem intendit; niſi id iuſto errore, vel dolore motus fecerit lege Rhemia ad pœnam talionis, quæ eſt ſimilitudo ſupplicii condemnetur l. fin. C. de Calum. cum ſolum in expenſis, vel quandoq; ſeuerius ſecundum qualitatem perſonæ, & delicti arbitrio Iudicij puniatur iuxta l. 3. ff. ad turp. & late Clarus q. 62. & 81. quod tamen quantum a ratione alienum ſit Deus uiderit.

Abolitio criminis

C AP.

CAP. III.

Qui accuſari poſſint, & quod ſit ipſius rei proprium officium.

Abſoluto ſecundo principali capite, nempe qui accuſare poſſint, & quod ſit munus accuſat. aggredimur nunc tertium; circa quod explorandum eſt qui nam poſſint accuſari, quodue ipſius rei proprium officium ſit.

Et quo ad primum omnes quidem accuſari poſſe certum eſt, qui aliqua lege, & priuilegio non eximuntur Cauetur autem in primis; vt ſemel accuſatus de crimine aliquo non poſſit denuo ab eodem, ſiue ab alio de eodem crimine accuſari; ſiuè obſolutus, ſiuè condemnatus fuerit; niſi in quibusdam Caſibus relatis in l. qui de crimine 9. Iuncta gloſ. C. d.accuſ., & in l. libellorũ ad fin. ff. de accuſat. de diuerſis autem criminibus quis poteſt, & ab vno, & a pluribus eodem temp. accuſari, interim tamen dum reſpondet pro vno, non arctatur pro aliis; niſi ex eodem facto proueniant, d.l. qui de crimine, & l. 2. §. fin ff. de cuſt. reorum; ab vno vero poſſunt plures accuſari de eodem crim. excepto crim. adult.; ſed de diuerſis criminibus ab vno duo tantum poſſunt eodem tempore accuſari l. reos 8. C. ad leg. Iul. de adult. l cum rationibus 16. C. qui accuſ. non poſſ. quæ tamen omnia parum in practica obſeruari docet Clar. q. 16. & 57. qui circa hanc materiam de pluribus eleganter quærit. Item accuſari nequeunt mortui; cũ crimen morte extinguatur l. i. & l defunctus C. ſi reus, vel accuſ. mor. fuerit; niſi in crimine læſę, maieſt., repetundarũ peculatus hæreſis, & huiusmodi l. ex

Iudi-

Iudiciorum 20,& ibi gloſ.in verbo maieſtatis ff. de accuſ.prò quibus criminibus bona quandoq; publicata admuntur hæredibus,&etiam ſeruitur in cadauera,vt teſtatur Clar præd q.51 Item cum impubes doli capax poſſit de quocumq; crimine accuſari,l ſi ex cauſa 10. §.nunc videndum ff.de minor.l. impunitas 7 C.d pœnis; licet tamen mitius puniatur l. auxilium 38.§. in delictis ff. de min.non poteſt tamen accuſari de delicto carnis l. ſi minor. 36. ff.ad leg. Iul.d.adult.c.1. ext.de delic puer. Item magiſtratus maiores durante officio non poſſunt accuſari; niſi de delicto commiſſo in officio, vel de adulterio minores autem ſic l. nec magis tratibus 32. ff. de inur.& l.ſi adulterium 38.ff.ad leg.Iul. d.adult. cæteræ vero perſonæ quantumuis dignitatibus, & priuilegiis fulſitæ non eximuntur a cenſura iuris l. 1.C. vbi ſenat. vel Clariß. licet in aliquibus caſibus mitius puniantur l.aut facta 16.ff de.pœnis, & infr. latius videbimus.

Accuſato autem reo,& in iudicium vocato, ſiue ſponte cõpareat,ſiue inuitus deducatur officium eius eſt ſe inocentem a crimine ſibi obbiecto,uel ſaltem ab illius qualitatibus oſtendere,quod; vt commode facere poſſit debet vel per ſe, vel per procuratorem; in caſibus in quibus; vt ſupra docui admittitur procurator petere copiam querellæ, una cum teſtificatis, indiciis, & alijs parte accuſatoris productis,quæ ſibi non eſſe aliquo pacto deneganda tum eſt Communis iuris deciſio in l. 2.C.de edendo,& in c.qualiter il 2.de accuſ tum forenſis practicæ obſeruantia; ut teſtatur Clar q. 49. quamuis tamen non eſſe dandam copiam nominum ipſorum teſtium; niſi forte poſt publicationem proceſſus tenuerit Alexander in l.i.ff.de edendo, & etiam in practica obſeruari teſtetur Maranta in tit. de actorum edit. immò conſueuit excelſum conſilium decem dominorum Venetorum nunquam dare ipſis reis copiam indiciorum, aut teſtificatorum.

His

His ſic habitis cogitat reus quomodo ſe tueatur ; Interimq; petit legitimas dilationes , quas ſibi dandas eſſe ſtatutum eſt a iurecon. in l.fi. ff de færiis, idq; arbitrio Iudicis remittendum eſſe admonet Clar.q.48.&49. per l.2. ff de reb.dub.&l.nonnunquam 72 ff d.iudiciis.

Tueri autem ſe poteſt reus tribus modis , vel negando, vel excipiendo,uel ſe excuſando,ſecundum quos modos debet ipſe quoq; formare capitula ſua,eaq; probare;vt infra videbimus.

De Negatione.

P*Er negationem ſe tuetur reus negando delictum,aut qualitates ipſius , & in contrarium probando; Negatur autẽ delictum dupliciter, vel abſolute fuiſſe commiſſum; vt ſi appareat viuus ille,qui dicebatur interfectus, vel ſaltem, ſi non conſtet delictum fuiſſe commiſſum, quo caſu iudex non poteſt contra aliquem procedere,etiam ſi confeſſus ſit,tex.eſt,& ibi DD. Communiter in l.1.§. item illud ff.ad ſillan. , quod tam. verum eſt in delictis facti immanentis; vt in homicidio,furto,violatione virginum,& huiusmodi,quę poſſunt conſtare;ſecus in criminibus facti tranſeuntis , quorum non remanet ſignum ; vt in hæreſi,vel adulterio,&ſimilibus,ita Clar.q.4. per totam ; Vel negat reus crimen reſpectiue .ſ. a ſe fuiſſe commiſſum , & in contrarium probat coarctando vt aiunt negatiuam loco & tempore ; cum ſimplex negatiua per ſe directo ſit improbabilis c. bonæ il primo iuncta gloſ.de elect.c.ex tenore de teſtibus , adeo vt teſtis ſuper ea productus incidat in ſuſpicionem falſi Cler. præd. q. 4. ; Probat autem in contrarium reus capitula ſua,ad ſe tuendũ iiſdem met mediis, quibus probat accuſator ad eum conuincendum ſ.vel per teſtes,vel per indicia,& præſumptiones,vel per ſcripturas , aut per nega-*

tionem ſuam in tormentis, vel per euidentiam facti ſeu notorium, adde] vel etiam per iuramentum, quod licet in Criminalibus nunquam deferatur accuſatori ad conuincendum; defertur tamen reo ad expurganda leuia inditia; ita tenuit Alexander in l.3.ff. de Iureiur. Bart. & Iaſon in l. admonendi ff. eod. & in l. maritus ff. de quæſt. & late Clar. q.63.

De exceptione.

SEcundus modus ſe tuendi eſt per exceptiones, quę defendendorum rerum cauſa comparatæ dicuntur. §. 1. ſup. de except. quarumue duæ ſunt ſpecies, aliæ enim dicuntur peremptorię, & perpetuę, quæ concernunt meritum cauſę proponiq; ſolent tam ante ſententiam; quam poſt. l. pręſcriptionem 8. C. de except. c. cum venerabilis ext. de except. & late Bart. in l. 1. C. de iur. & fac. ign. veluti ſi aliquis excipiat ſe alias de eodem crimin. condemnatum, vel abſolutum fuiſſe, & per conſequens non poſſe iterum condemnari iuxta l. qui de crimine 9. C. de accuſ. Aliæ dicuntur exceptiones, dilatoriæ, ſeu declinatoriæ & temporales, quę concernunt ordinem Iudicij, & ideo proponuntur vt plurimum ante litem conteſtatam, & etiam poſt. l. ita demum 13. ibiq; Alex. C. de procur. l. hos accuſare 12. ff. de accuſ. l 3. ff. de excep. veluti eſt exceptio fori l. fi. C. de except c. paſtoralis ext. de except. Opponuntur autem excep. vel ratione perſonæ, vel rei, vel loci, vel temporis vel cauſę; Ratione perſonæ vel de perſona propria, vt quia ſit talis, qui accuſari non posſit; iuxta ea, quæ ſupr. diximus, vel de perſona accuſatoris, qui accuſare non posſit, vt pote a iure prohibitus, quę tamen exceptio parum prodeſt in practica; cum Iudex habita quacunq; informatione posſit ex officio procedere; vt admonet Clar. q.3. & 5. Item contra perſonam teſtium,

vt

vt quia non potuerint examinari, vel quia non fuerit in termino producti, vel legitime examinati, aut quia eorum dicta falſa, varia ſibi contraria, & non veriſsimilia ſint, vel quia rationem ſcientiæ non reddant, aut ſcirè non potuerint, vel tandem quia corrupti, ſuſpectiue ſint, de quibus ordine diſſerit Clar. q. 24. & 53. demun aduerſus perſonam ipſius iudicis, qui tanquam ſuſpectus, vel incompetens recuſatur; vt infra ſtatim videbimus. in quarto capite, vel qui tamquam minor, aut par ipſi reo non habeat in eum iurisdictionem. iuxta l. ille a quo 13. ff. ad trebell.

Ratione rei, vt ſi quis excipiat rem furto ſublatam eius propriam eſſe, cuius furtum regulariter non cōmittitur Gloſſ. in §. furtum ſupr. d. oblig. quę ea delicto; niſi in caſibus ibidem relatis.

Ratione loci, veluti ſi excipiat ratione originis, domicilii, vel loci vbi perpetratum eſt delictum non poſſe ab eo Iudice Iudicari, de quo tamen infra tractabimus in quarto cap. Item ſi dicat non potuiſſe retineri in Eccleſia, vel propè triginta paſſus c. inter alia extr. d. Immunit. Eccleſ. niſi deliquerit in ipſa Eccleſia c. fin. eod. tit. & plura de hoc habes per clarum q. 10. vbi quærit nunquid hac immun. gaudeat raptor virginum, homicida, Iudeus, excomunicatus. Item nunquid ad occiſionem ductus ſi per Eccleſiam tranſeat, vel tangat ſacerdotem Corpus Domini ferentem poſſit inde auelli, & tandem nunquid ſcolaris delinquens poſſit extrahi de Scolis.

Ratione temporis, vt ſi reus excipiat de pręſcriptione delicti, quæ currit ſpatio viginti annorum, excepto crimine læſæ maieſt. parricidii, & ſuppoſiti partus, quod nunq; præſcribitur & crimine adulteri, quod pręſcribitur quinquennio, ſiue actio iniuriarum, quę durat ſolum per annum l. querela 12. & ibi gloſ. in verb. ſicut C. ad leg. Corn. de falſ. & Clar q 51. Item ſi excipiat peremptam eſſe inſtantiam, quæ vt dixi in criminalibus durat per biennium l. 3. C. ut intra. cert. tem. quod tamen. In praxi non attenditur

teſteClar.q.5 1.Item ſi dicat expiraſſe Iuriſd. Iudicis,vel formatum fuiſse proceſſum tempore qnadrageſimali l.qua draginta 6.C.de feriis, quod tamen vltimum non admit tit communis practica fori,ſecund gloſſ.fin in d.l.quadrag. & Clar q.50.

Ratione tandem Cauſæ; vt ſi excipiatur de nullitate proceſſus,propter inobſeruantiam ordinis,vt quia ipſe reus nõ fuerit legit. citatus l.ea quæ 7.cum ſeq. C. quomodo. & quan. iud., vel quia Iudex tranſgreſſus fuerit legitimos iuris tramites, inquirendo, torquendo,uel iudicando non præcedentibus legit.inditiis,& probationibus,iux.l. fi. C. de probat.& l.1.§.diuus ff.de quæſt. vel ſi in facto,aut in iure errauerit l.1.ff.quę ſent.ſin app.reſc.,&in ſumma ſi proceſſerit Iudex non ſeruatis ſeruandis; Iuxta l.prolatam 4.,&ibi late DD.C.de ſentent. & interlocut. omn. Iud.& c.ſolet de ſent. excom. in 6., & late Maranta in ſpecul.diſtinc.x6.

Quas omnes,& conſimiles exceptiones in Iuditio oppoſitas, tenetur reus legitime probare,iiſdemmet mediis, quibus probat accuſator,licet longe minus dilucidæ probationes requirantur ad defenſam reorum; ac requiruntur ad offen ſam,ſecundum DD.in l.fin.C.de probat. facitq; tex. in L non omnes. s. §. a barbaris ff. de re mil. iuncta Gloſſ. in Clem.vnica de homic.&late Clar.q.53.

De Excuſatione.

TErtius tandem modus,quo ſe tuetur reus eſt ut con fiteatur quidem delictum ; ſed ad eius pœnam effugiendam,vel ſaltem minuendam aliquam ex cuſationem adducat, veluti eſt minoritas, vt ſi infans ſit, vel proximus Infantię quę ætas omnino a delictis excuſat l.infans 12.ff.ad leg.Corn.de ſic., vel etiã ſi ſit Impubes doli incapax; ſi enim ſit capax punitur qui

dem

